Arithmetica ſpeculatiua magiſtri Gaſparis Lax Aragonenſis de ſarinyena duodecim libris demonſtrata.

Hemon le feure

Venundatur Pariſiis in vico diui Jacobi ab Emundo le feure ſub ſigno creſcentis albi vitam degente.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Generoſo et eruditiſſimo domino Dño Franciſco de mello tũ auito: et claro ſtẽmate: tum optimis moꝛibus p̄dito: philoſopho ac mathematico iſigni Gaſpar lax S.

COmpertũ ſatis habes mi nobiliſſime Frãciſce quantum totius ne dicam naturalis phie ſpeculationi ſed omnibus ꝓpemodũ doctrinis. Arithmetice ſpeculationes cõducãt ſane que numeroꝝ ꝓprietates ⁊ rationes earũdemq; ꝓportiões enucleant: quibus abiectis in phiſicis calculationibus (quas te ſũmopere coluiſſe in tuo quẽ ſub nobis egiſti laudatiſſimo tyrocinio cognoui) aut in mathematicis inſpectionibus (qbus totus incumbis) firmum aliquid aut ſtabile ꝓbari aut reprobari nõ poteſt. Sine hac igitur ĩ naturalibus ⁊ phiſicis ꝯſiderationibus arithmetices ſpeculatione / peribit oĩs indagande veritatis ſtudiũ: aut explodendoꝛũ erroꝛũ peritia: oĩs denũ philoſophie acribologia: ⁊ mathematum (quoꝛũ ignari ad Pithagoricas ſcolas nõ admittebant) certitudo ruet. Quare cũ a nobis creberrime / cũ aliqs ſimul ꝯdiſcipulis chariſſimis expoſtulaſſes: vt q̃ vobis in phia naturali olym exſcribenda dederã impreſſioni mãdarẽ: huiuſq; votis annuiſſem (vt debui) purarithmetices theoreumata aliqua ⁊ ꝓblemata p̄mittenda cẽſuimus: q̃ tibi alio vacui maioꝛi munere dono dare ac tuo nomini vt magis ſplẽderent illuſtriſſimo dicare ſtatuimus: cũ nobilitate tua / moꝛũ ⁊ doctrine ſplendoꝛe decoꝛis plurimũ ſit illis acceſſurũ: letioꝛẽq; oĩm conſenſũ habitura. Aſt certe hoc munere digNioꝛẽ reperi nemĩnẽ. quãdo is ſis: qui ſpretis ſeculi delitijs / blãdiſq; luſitani regis curie illecebris / ⁊ fauoꝛabili iura / in qua nobilibus equalis / ꝑceribus arctiſſima neceſſitudine deuinctus / regi acceptiſſimus lautiſſime ⁊ feliciſſime viuere potuiſſes. hoc tñ pariſiẽſe gimnaſiũ delegeris: in quo gentelitio ⁊ auito nomini melleoꝛũ / poſt tot exercituũ egregios duces / poſt tot ꝯgeſta triumphis p̄conia / tu p̄mus hoc ſũmum decus adideris: vt non plus gloꝛie (q̃ maxima fuit) militari diſciplina ſit ꝯſecutum: q̃ ꝑ te doctrina ſit adepturũ. Nã taceo nõ mediocrẽ ĩ ſoluta oꝛatiõe ⁊ poeſis modulatione ſuauiloquẽtiã: cũ oẽs in oꝛõnẽ ⁊ verſũ tuũ veniãt adiurate Camene. Preterea q̃ñ tũ in liberalium artium ſtudijs nobiles coetaneos excellueris tirones. quod ipſe me doctoꝛe expertus ſũ. Nonne admirandum et ſingulare id eſt tui acerrimi ingenij opus: totius nature quaſi poꝛtentum: q̃ hoc elapſo biennio ita omnes ſis mathematices partes adſecutus: vt pares paucos ⁊ raros habeas: ſiſq; poſt hac habiturus neminem. At nec in arithmetica / aut geometria ſolum: ſed in aſtrologia / Coſmographia / in opticis / ſpecularijſq; ita preſtas: vt nemo tibi inſpectionẽ aliquã ꝙuis difficilẽ ꝓponat quã nõ paucis ⁊ euidẽtiſſimis medijs aperias. Merito igitur hoc a me tibi / munuſculum mathematicis demõſtrationibus refertum debebat: cuius tu cẽſoꝛ optimus ⁊ ꝯtra nebulones ꝓtectoꝛ eſſe iure potes. Q̃ð ſi non tam terſũ ac cõptũ eſt: vt tuo celeberrimo nõie ſit adoꝛnandum: parce oꝛo doctiſſime Franciſce ſcis eñ me in hac arithmetica, nullo doctoꝛe meum precipitaſſe ingeniolum: q̃ð vt ſunt hoim ingenia ad errorem ꝓcliuia hallucinari facile potuit. Tu tñ id opuſculũ quantulumcũq; eſt / benigne vt oẽs ſoleſ / cõfoue: ⁊ ipſius paruitatem / amoꝛis noſtri ardentiſſimo affectu rependẽ: ⁊ ab oblatratoꝛum dẽtibus tui nõis ſplendoꝛe me atq; ipſum ꝓtege: in tuũ peculiũ vtrũq; hilari vultu ſuſcipe. Uale literarum decus / tibiq; deus diu et feliciſſime viuere ꝯcedat. Ex edib⁹ noſtris literarijs Collegij montis acuti Pariſius Kalendis Junijs.

Argumentũ duodecim libꝛoꝛũ arithmetices Gaſparis Lax

Primus numeroꝛum communes pꝛopꝛietates oſtendit.
Secundus pꝛopoꝛtionum ⁊ pꝛopoꝛtionalitatum communes paſſiones demonſtrat.
Tertius de numero pꝛimo ⁊ compoſito ⁊ de numeris adinuicem pꝛimis ⁊ compoſitis ⁊ de numeris in aliqua pꝛopoꝛtione minimis conſiderat.
Quartus numeroꝛum continuo pꝛopoꝛtionalium pꝛopꝛietates diſcutit.
Quintus additionem ſubſtractionem ⁊ partitionem pꝛopoꝛtionum docet.
Sextus de numeris quadratis cubicis ſuperficialibus ſimilibus ⁊ ſollidis ꝯtractat.
Septimus numeri paris imparis parit paris pariter imparis impariter paris perfecti habundantis ⁊ diminuti pꝛopꝛietates aperit.
Octauus de commenſurabilitate ⁊ incommenſurabilitate quoꝛumcunq; eiuſdem rationis inquirit.
Nonus fractionum vulgarum additiones ſubſtractiones multiplicationes ⁊ diuiſiones declarat.
Decimus ſpecierum pꝛopoꝛtionum rationalium inequalitatis pꝛocreationes ex ipſa equalitate et reſolutiones ipſarum in eandem equalitatem ⁊ earum compoſitionem enucleat.
Undecimus trium medietatũ pꝛincipaliũ ſcʒ ariſmetice geometrice et muſice ꝓprietates explanat
Duodecimus aliarum medietatum minus pꝛincipalium paſſiones inueſtigat.

Gaſparis Lax arithmetica ſpeculatiua duodecim libris demonſtrata feliciter incipit.

Libri primi Diffinitiones.

1 Vnitas eſt qua vnaqueque res vna dicitur.

2 Numerus eſt multitudo ex vnitatib⁹ ꝯpoſita

3 Naturalis ſeries numerorum dicitur in qua ſecundum vnitatis additionem fit ipſorum computatio.

4 Differentia numerorum appellatur numer⁹ quo maior abundat a minore.

5 Numeri ab alijs equidiſtare dicuntur cum ipſorum ad illos equales ſunt differentie.

6 Numeri ab aliquo equidiſtare dicuntur cum ipſorum ad illum differentie ſunt equales.

7 Numeri circum ſe poſiti ſunt quorum differentia eſt vnitas.

8 Numeri autem circum aliquem poſiti dicuntur cum cuiuſlibet illorum ad illum differentia eſt vnitas.

9 Numeri autem circum aliquos poſiti ſunt quorum cuiuſlibet ad quemlibet illorum ſibi relatum differentia eſt vnitas.

10 Numerus per aliquem multiplicari dicitur qui totiens ſibi coaceruatur quotiens in multiplicante eſt vnitas et ille idem multiplicatus dicitur.

11 Numerus autem aliquem multiplicans eſt in quo totiens vnitas reperitur quotiens multiplicatus ſibi coacernatur.

12 Productus vero eſt qui ex eorum multiplicatione creſcit.

13 Numerus aliquem numerare dicitur qui ſecundum aliquē multiplicatus illum producit.

14 Numeratus autem ab aliquo eſt qui ex mnltiplicatione illius per aliquem producitur.

15 Pars alicuius eſt que cum alia illud conſtituit.

Duplex eſt pars alicuius q̄dā aliquota et q̄dā nō aliquota.

16 Pars aliquota alicuius eſt que pluries ſumpta adequate il-
lud reddit et illa eadem ſub multiplex illius dicitur Et cum preciſe bis ſumpta adequate illud reddit
ſub duplum ſimuliter et .2. pars aliquota et medietas illius dicitur Et cum preciſe ter ſub triplum ſi-
militer et .3. pars aliquota et ita deinceps.

17 Pars autē non aliquota alicuius eſt pars illius que non pluries ſumpta adequate reddit illud.

18 Numerus denominans partem aliquotam alicuius totius eſt ille ſecundum quem ipſa multiplicata producit illud totum.

19 Similes partes aliquote reſpectu aliquorum dicuntur que ab eodem numero illorum partes aliquote denominantur et ille eque ſub multiplicia dicuntur.

20 Prima et ſimplex numeri pars eſt vnitas.

21 Multiplex alicuius eſt quod ex illo pluries ſumpto adequate reſnltat. Et ſi ex illo preciſe bis ſumpto adequate reſultet duplum illius dicetur Et ſi ex illo preciſe ter ſumpto triplum et ita deinceps.

22 Eque multiplicia reſpectu aliquorum dicuntur quorum illa ſunt ſimiles partes aliquote.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

23 Numeru𝔷 diuidere per aliqueʒ eſt ipſum in tot partes equales quot ſunt vnitates in illo per quem diuiditur adequate ſecare.

24 Nūerus diuiſor eſt ſcd̄ʒ quē ſumūt partes equales in diuiſo

25 Partes autem in quas aliquid diuiditur diuidētia appellāt

26 Numerus autem quotiens eſt numerus ex diuiſione alicuius per aliquem perueniens et ille idem eſt maximus nūerus ſecundū queʒ diuiſor in diuiſo reperit.

27 Cum duorum numerorum inequalium cuilibet eadem fuerit cōmunis pars aliquota quotiens illa fuerit in minori tot partes aliquote maioris dicetur eſſe minor Et tote partes aliquote maioris erit minor quotiens illa communis pars fuerit in maiori.

28 Menſura alicuius ē que ſemel aut pluries ſumpta ad equate illud reddit.

29 Commenſurabilia dn̄r quibus eſt eadeʒ menſura cōmunis

30 Incōmenſurabilia dn̄r quibus nō eſt mēſura cōmunis eadē

Pro iſtarum diffinitionum perfecta intellectione aliquis ſuccincte tangam que pro ſequentibus etiam deſeruient.

Circa primum igitur diffinitionem, eſt aduertendum ꝙ ariſmeticus imaginatur vnitatem diſtinctam a re, qua ipſa dicitur vna et eam imaginatur indiuiſibileʒ eo modo quo reales imaginantur, ſolem loquendo de vnitate predicamentali de qua ariſmeticus procedit et propterea ibi [illegible] ariſmeticus, nec eſt cura ſi alias alium modum dicendi inſecutus ſim, quia quantumcunqʒ non realiter et de facto ſint tales vnitates, ſicut hic modus imaginatur: hoc tamen non impedit demonſtrationes. abſtrahentiuʒ enim non eſt mendacium. ſi enim illud impediret demonſtrationes, perirent omnes methematicales ſcientie ſecundum viam nominaliuʒ. nec iſta impedient ea que de fractionibus numerorum et vnitatum imaginantur doctores in his materijs. Pro nunc igitur ſecundum iſtam imaginationem ariſmetico more procedemus. Hoc ſuppoſito diffinitio illa prima eſt manifeſta.

Circa ſecundam diffinitionem conſimiliter eſt ſupponendū, ꝙ ariſmeticus imaginatur numerum à rebus numeratis diſtinctum eſſe ponendum, ſaltem predicamentaleʒ, de quo procedit eo modo quo reales ſolent ponere. nec eſt imaginandum, ꝙ numerus realiter et de facto ex vnitatibus conſtituatur ſecundum illam viam, ſed potius eſt accidens indiuiſibile ſicut et vnitas, omni carens parte, ſed cum illud conceditur, intelligitur quod numerus eſt accidens preſupponens plures vnitates, et per hoc ab vnitate differt, et ita poterit intelligi diffinitio poſita. Et ad hunc ſenſum etiam debent intelligi omnia que videntur huic imaginationi contrauenire, vt puta cum dicitur aliquam vnitatem eſſe partem numeri, aut aliquem numerum eſſe alterius numeri partem. intelligenda enim ſunt adhūc ſenſum, ꝙ talis vnitas eſt vna illarum que a tali numero preſupponūtur. et numerus aliquis dicitur pars alterius, quia alius preſupponit eaſdem vnitates quas ipſe preſupponit et aliam vel alias. Et per idem dicetur numerus aliquis ex aliquibus ad equate componi, quia adequate preſupponit vnitates quas illi preſupponūt. Et propter cōſimilem cauſam dicetur numerus in numeros aut vnitates aut in numerum et vnitatem diuidi. Et dicetur etiam numerus addi numero, quia ſumitur numerus preſupponens tot vnitates quot ſunt ille omnes quas illi preſupponunt. et propter conſimilem cauſam dicetur vnitas numero addi, et non propterea quia ex illis aliquis numerus efficiatur. Et ex his apparet, ꝙ proprie nullus numerus eſt altero maior aut minor. ſed ad hunc ſenſum, quia plures aut pauciores vnitates preſupponit. nec numerus proprie dicetur vnitate maior: ſed quia plures vnitates ꝑſupponit, et non vnitas. et propter conſimilem cām etiam dicetur numerus aliquis in aliqua proportione ſe habere ad numerum aliquem aut ad vnitatē. Patet vltra ꝙ ex additione vnitatis ad aliquem numerum aut numeri ad numerum, non proprie efficitur maior numerus: Tū quia illa non adduntur taliter ꝙ numerum proprie componant. vnde ſatis manifeſte ſequit illud. Tum etiam quia indiuiſibile additum diuiſibili aut indiuiſibili non facit maius. ſed ſi ex additione vnitatis ad numerum, aut numeri ad numerum dicatur maior nūerus effici, illud poterit adhunc ſēſū ſaluari: ſeʒ ꝙ ſi fiat talis additio ad ſenſum ſecundum quem pōt fieri, ſumitur inde nūerus plures preſupponens vnitates. et in proportionabili ſenſu debebit intelligi, ꝙ aliquis numerus excedat aliquē numerum per vnitatem aut numerum. Et pari forma, dicetur nūerum aliquem eſſe aliquot vnitates, ad hunc ſenſum intelligetur ꝙ preſupponit tot vnitates, et dicetur numerus aliquis eſſe aliquot partes aliquote aut aliqui numeri quia preſupponit omnes illas vnitates quas illi preſupponunt. Et ita de alijs omnibus locutionibus in hac materia tritis. ſʒ de his plura in phiſicalibus i materia de quātitate diſcreta dicentur. ibi ergo cum cōmuniter loquētibꝰ loquimur. poterunt tamen dicta intelligi vt dictum eſt. Occurrit tn̄ difficultas circa iſtā diffinitionem. quia videtur vnitas ab ea excludi. hoc tn̄ videtur ꝯtrauenire Boetio in principio ſue ariſmetice, vbi hoc habet, vnitateʒ numerorū fontē princi=

pluresq; etiā numeri appellatione cenſemus. Sed ad hoc dicendū eſt, ꝙ interdū ly numerus capitur ſtricte ꝑut diffinitus eſt: ⁊ tunc vnitas nō eſt nūerus. iterdum aūt capitur large, ꝓut ↄprehendit numerum ſtricte ſumptum ⁊ vnitatē. ⁊ hoc modo tm̄ valet ſicut hoc totum, multitudo ex vnitatibus cōpoſita vel principium numeri. et ſic capiendo intellexit Boetius vnitatem numerum appellari. ⁊ hoc modo frequenter in ſequentibus ſub numero eam comprehendemus.

Circa tertiā diffinitionē occurrit difficultas, an incipiendo a numero denario vel quocūq; alio, ⁊ capiēdo aliquot nūeros ꝑ ↄtinuā additionē vnitatis aggregatū ex talib⁹ poſſit dici ſeries nālis nūerorum, vel vtrū ſolū inchoando ab vnitate. Hec tñ difficultas ad nomē ↄſiſtit. ſi dicat̄ ꝙ opȝ inchoare ab vnitate, ſic poterit intelligi diffinitio illa, naturalis ſeries nūerorum eſt ordinatio aliquoꝝ nūerorum ab vnitate inchoando, in qua ꝗlibet nūerus ſequēs imediate ꝑcedentem ipm̄ per ſolā vnitatē excedit. ſi aūt dicatur alio modo, oportebit tollere illā ꝑticulā ab vnitate inchoando. ⁊ qualitercūq; dicat̄, ibi vnitas ſub nūero ↄprehēditur: q2 alias ſi inchoaretur ab vnitate incluſiue, diffinitio non cōueniret tali aggregato. adhuc occurrit parua difficultas, an capta naturali ſerie ſi numeri illi aliter diſponerentur, an tunc ex ipſis reſultaret naturalis ſeries numerorum. Ad hoc poteſt dici ꝙ non, niſi cum hoc manerent taliter ordinati.

Circa quartā diffinitionez aduerte ꝙ illic ſub nūero vnitas cōprehēditur. alias eñ diffinitio illa nō ↄueniret differentie .7. ad .6. ⁊ iuxta iſtam diffinitionē poteſt diffiniri ly dr̄a aliquoꝝ in toto ſuo ambitu, prout ad quorūcūq; duorum inequalium differentiam tam extra numeros ꝙ̄ in numeris ſe extendit, hoc modo. Differentia aliquorum eſt exceſſus quo maius illorum excedit minus eorumdem.

Circa diffinitionē quintam, eſto ꝙ ſatis clara ſit ex ſe, aduerte ꝙ illa poterit ſic intelligi. Numeri ab alijs equidiſtantes, dicūtur numeri ſic ſe hñtes ꝙ cuiuſlibet illorum ad quēlibet alioꝝ ſibi relatum equalis eſt differētia, ſicut cuiuſcūq; alterius eorūdem ad alterū alioꝝ ſibi relatū. ſimilit̄ ⁊ cuiuſlibet alioꝝ ad quēlibet ſibi relatū equalis eſt dr̄a ſicut cuiuſcūq; alterius eorumdem ad alium illorum ſibi relatum. et propterea tres numeri inequales poterunt ab alijs tribus inequalibus eſſe equidiſtantes: et quatuor a quatuor, ſed nulli inequales a pluribus vel paucioribus inequalibus ꝙ̄ ipſi ſint, erunt equidiſtantes.

Sexta diffinitio clara eſt. et ex ipſa ſequitur ꝙ nō plures numeri inequales ꝙ̄ duo ſūt ab aliquo equidiſtātes. ⁊ inde eſt ꝙ hec ↄña nō valet. a. ⁊ b. ſūt eqdiſtātes a e. ſimiliter ⁊ d. ⁊ e. ꝙ̄ a. ⁊ b. ⁊ d. ⁊ e. ſūt eqdiſtātes a c. niſi īpropꝛie caperet̄ ↄñns ex ↄñti pȝ ꝙ nulli numeri inequales dicerentur ab aliquo equidiſtantes, niſi vnus illoꝝ ſit illo maior ⁊ reliquus minor.

Septima diffinitio eſt etiam manifeſta. et poteſt dici ↄñr ad ipſam ꝙ tres numeri ſunt circū ſe poſiti, ſimiliter et quatuor ⁊ quinq;: ⁊ ſic ↄñr. ⁊ ita dicendo nō reqꝛetur ad hoc ꝙ aliqui numeri ſint circum ſe poſiti ꝙ cuiuſlibet illoꝝ ad quemlibet alium eorumdem differentia ſit vnitas: ſed ſatis eſt ꝙ nullus poſſit dari inequalis circumq; illoꝝ, quin ille ſit quocūq; illorum maior aut quocūq; minor. Poſſet etiam oppoſitū dici. ⁊ tunc requireretur ad illud ꝙ cuiuſlȝ illorum ad quemlibet alium eorumdem differentia eſſet vnitas ⁊ tunc non plures ꝙ̄ duo poſſent eſſe circum ſe poſiti quocunq; tamen iſtorum modorum dicatur facilis eſt diffinitionis expoſitio.

Octaua diffinitio eſt clara. Et ex ipſa ſequitur ꝙ non plures numeri ꝙ̄ duo ſunt circum aliquem poſiti nec aliqui inequales dicentur circum aliquem poſiti niſi alter illorum ſit illo maior et reliquus eodem minor. Ex hijs diffinitionibus conſtat ꝙ ſi aliqui numeri ſunt circum aliquem poſiti illi ſunt ab eo equidiſtantes et non oportet econuerſo ⁊ propterea illi termini ſe habent ſicut ſuperius et inferius ⁊ pariforma quicunq; numeri circum aliquos poſiti ſunt equidiſtantes ab illis ⁊ non econuerſo.

Nona diffinitio proportionabiliter exponatur ſicut quinta mutatis mutandis.

Circa decimam diffinitionem eſt aduertendū ꝙ diuerſimode ſolet capi ille terminus multiplicatio. alia enim ratione dicitur linea multiplicari per lineam, ⁊ alia ratione dicit̄ aliquid multiplicari per numerum, ⁊ alia ratione dr̄ aliquid multiplicari ſecundum ꝑtez aliquotam. de ꝑmo modo multiplicationis non ſpectat ad ariſmeticum mentionem facere, ſed ad geometram: ⁊ de illo facit mentionem euclides ſpecialiter ſc̄do elementorum ſuorum. de alijs autem duobus ariſmetici eſt conſiderare, ⁊ ſignanter de primo de quo ibi procedemus. de alio autem mō multiplicationis in .9. fiet mentio. ⁊ eſto ꝙ diffinitio illa videatur ſolum procedere de multiplicatione numeri per numerum, tamen loquendo de multiplicatione eo modo quo eſt in propoſito ſermo, non ſolū numerus per numerum multiplicari poteſt, ſed etiam quantitas continua ſimiliter et alia per numerum multiplicari poſſunt. Unde vniuerſaliter loquendo illud dicitur multiplicari, quod totiens ſibi coaceruatur quotiens in numero multiplicante ipſum eſt vnitas. Et ex hijs poteſt haberi diffinitio multiplicationis in toto ſuo ambitu, ita loquēdo. Eſt enim multiplicatio alicuius, coaceruatio ipſius totiens ſibiipſi, quotiens vnitas in numero multiplicante ipſum reperitur. In hac diffinitione vnitas

ſub numero comprehenditur. vnde vnitas per nūerū multiplicatur: ſimiliter ⁊ nūer⁹ p vnitatē, ⁊ vni-
tas per ſeipſam, ⁊ aliud a numero vel vnitate poteſt etiam per vnitatem multiplicari, ⁊ propterea diſ
finitio illa non ſic in rigore intelligenda eſt, ꝙ ad hoc ꝙ aliquid multiplicetur, requiratur ꝙ pluries ſi
bi coaceruet: ſed oportet ſubintelligere in diffinitione hāc particulam ſub diſiunctione: ſcʒ aut ꝙ pre
ciſe ſemel ſumatur ſi multiplicans ſit vnitas. Et ex hoc apparet quid ſit aliquid ducere in aliquē nu-
merum. Eſt enim illud multiplicari per talem numerum.

Undecima et duodecima diffinitiones ex hiis ſunt manifeſ
te. Unde etiam conſtare poteſt, quid ſit numerus aliquid multiplicās quodcumqꝫ fuerit. Et quid ſit
numerum aliquid multiplicare. Et quid ſit productum ex multiplicatione alicuius quodcumqꝫ fuerit
per aliquem numerum. Unde productum ex multiplicatione alicuius nūeri per aliquē numerum, eſt
ille in quo eſt totiens ille multiplicatus quotiens in multiplicante illum eſt vnitas. Et ex hijs conſta-
re poteſt, ꝙ ſi aliquid multiplicetur per numerum maiorem vnitate, illud creſcit, ad hūc ſenſum ꝙ in-
de productum eſt multiplicato maius. Hoc dico ad differentiam multiplicationis fractionis per fra
ctionem, de qua fiet mentio in nono: in tali enim multiplicatione, vt apparebit, non opꝫ ſimile ꝯtingere.

In decimatertia et decimaquarta diffinitionibus ſub nu-
mero vnitas comprehendi debet de neceſſitate in vltimis particulis, quia ſolet concedi in hac materia
frequenter, ꝙ idem numerat ſeipſum prout ex multis concluſionibus apparebit: modo nichil nūerat
ſeipſum per aliquem numerum diſtinguendo cōtra vnitatem. ⁊ ex hoc apparet quid ſit aliquid ab ali
quo numerari in toto ſuo ambitu, prout ad quecumqꝫ tam extra numeros quam in numeris ſe extendit.
Eſt enim illud ex multiplicatione illius per aliquem numerum produci.

Circa quintamdecimam diffinitionem aduerte ꝙ metha-
mathici ſimiliter et ariſmetici ſpeculatiui antiqui, per partē alicuius, ſolum partem quam aliquotam
vocamus intelligebant. ſed quia ꝯmuniter, nō adeo ſtricte ſolet ille terminus capi, in ſeq̄ntib⁹ ſcd̄m ꝯmu-
nem modum procedemus per partem indifferenter partem aliquotam ſimiliter ⁊ non aliquotam in-
telligentes. ⁊ ꝓpterea poſita eſt diffinitio illa partis in communi, ſimiliter et diuiſio cum membrorum
diffinitionibus. ¶ Hic tamē aduerte, ꝙ frequenter in hijs materijs ſolent doctores ꝓcedere de ali-
quo, quod eſt pars alterius, ſimiliter ⁊ de pte aliquota ⁊ de parte nō aliquota, vbi tamen realiter ⁊ de
facto nō ita eſt. illud tn̄ ſaluatur ad hūc ſenſum, ꝙ eſt pars talis vel pti illius equalis. ⁊ ita ſi fiat men
tio de parte aliquota aut non aliquota, ⁊ ad proportionabilem ſenſū etiam poteſt ꝓcedi, ꝙ aliquid cō-
ponitur aut reſultet ex aliquibus, eſto ꝙ illa non ſint realiter ⁊ de facto partes illius. ⁊ ſi impoſterum
ſimilia aſſumantur, que non videantur ſtare cum hac diffinitione, in proportionabili ſenſu poterunt
ſaluari. ⁊ ad hunc ſenſum etiam ꝓcedemus in ſequentibus more antiquorum, cum aſſumemus aliqd
eſſe medietatem alicuius, aut partem aliquotam aut non aliquotam, aut aliquid diuidi in aliqua vel
ex aliquibus componi, eſto ꝙ procedēdo in rigore, ſicut cōmunis modus procedit, non habeant ꝓum.

Diuiſio poſita illic et decimaſexta ⁊ decimaſeptima diffini
tiones ſunt note. Ex quib⁹ apparet ꝙ eodemmodo diffinitur ly ſubmultiplex alicuius et ly pars aliq̄-
ta alicuius, eſto ꝙ communis modus cōcederet ꝙ aliquid eſt ſubmultiplex alicuius quod non eſt ps
aliquota illius. ſed illud non impedit modum loquendi in hijs materijs. Unde dicendum eſt ꝙ in diſ-
finitione partis aliquote, vbi dicitur que pluries ſumpta ſubintelligi debet ly ſecūdum ſe vel aliquod
ſibi equale. et proportionabiliter de diffinitione ſubmultiplicis dicatur. Et ita procedendo non eſſet
dubia illorum terminorum conuertibilitas. et ita procedunt doctores communiter in hijs materijs, et
nos etiam procedemus.

Decimaoctaua diffinitio nota eſt ex ſe. Circa ipſam tamen
aduerte, ꝙ vnitas nullā partem aliquotam denominat: quia tunc illa deberet eſſe ps aliquota ſui ip-
ſius, cum per vnitatem multiplicata ſeipſam ꝓducat. ſed quilibet alius numerus aliquam partem a-
liquotam denominat, ⁊ quelibet ps aliquota alicuius, ab aliquo nūero denominatur illius pars ali-
quota. ⁊ licet eadē pars a diuerſis numeris poſſit denominari reſpectu diuerſorū, non tamen reſpe-
ctu eiuſdem pro eodem tempore. Et ex iſta diffinitione apparet ꝙ medietas vniuſcuiuſqꝫ, a binario
denominatur pars aliquota illius, ⁊ tertia pars a ternario, ⁊ ita deinceps.

Decimanona diffinitio eſt manifeſta. Et ex ip̄a appet ꝙ ea-
dem rōne aliqua dicuntur ſimiles ptes aliquote aliquorū, et eq̄ ſubmultiplicia reſpectu eorūdem. Et
hedem ſūt illorum terminoꝝ diffinitiones. quod ꝓpter ꝯmunem modū loquendi poterit ſaluari, ſicut
ꝯuertibilitas illoꝝ duorū terminorū, pars aliquota alicuius, ſubmultiplex alicuius. Et ex hoc appa-
ret, q̄ ſūt diſſimiles ptes aliquote aliquorū aut ineq̄ ſubmultiplicia reſpectu eorūdem. ſūt enim q̄ a di-
uerſis nūeris denoiantur ptes aliquote reſpectu illoꝝ. Et ſi ex hoc inferas ꝙ aliq̄ ſunt ſimiles ptes
aliquote reſpectu aliquoꝝ, et diſſimiles ptes aliquote reſpectu eorūdem. nūerus enim quaternarius a
quaternario denominatur ps aliquota. 16. ⁊ ſimiliter binarius reſpectu octonarij. quare illi ſūt ſimi
les ptes aliquote reſpectu illoꝝ. Et ex altera pte q̄ternari⁹ a binario denoiaꝛ ps aliquota octona-
rij, ⁊ binari⁹ ab octonario reſpectu. 16. quare videnꝛ illi diſſimiles ptes aliq̄te illoꝝ. Hāc difficulta-
tem ⁊ alias huiuſmodi, que interdum in hijs materijs occurrere poſſunt, facillime ex logica poteris

diſſoluere, ſiue vno modo ſiue alio velis loqui: quare eas relinquam.

Circa vigeſimam diffinitionē aduerte ꝙ ideo vnitas dicit̄ cuiuſcum numeri prima pars: quia quelibet alia pars numeri ipſam preſupponit ⁊ non econuerſo et dicitur ſimplex qui a omni caret parte.

Circa vigeſimamprimā diffinitionem aduerte ꝙ ex eo ꝙ frequenter ſolet concedi ꝙ aliquid eſt multiplex alicuius quod non realiter eſt illius pars vbi in illa diffinitiōe dicit̄ ex illo pluries ſūpto ⁊ cetera poterit hec particula ī diffinitiōe ſub intelligi: ſcʒ vel ex aliquo equali illi/ et tunc facile ſaluabitur illud. Eſt vltra ſupponendum ꝙ quodlibʒ multiplex alicuius ab aliquo numero denominatur multiplex illius ⁊ quilibet numer⁹ preter vnitatē poteſt aliquod multiplex denominare.

Circa vigeſimamſecundā diffinitionem cōſimilis difficultas poteſt occurrere ſicut circa diffinitionē ſimiliū partium aliquotarum. ⁊ ad ſaluandum cōmunem modum loquendi poterit intelligi cum ꝯſimili addito: vt puta vbi dicitur quorum illa ſūt ſimiles partes aliquote, intelligendo hāc particula ſub diſiunctione vel illis equalia. Et ex hoc poteſt apparere que ſint ineq multiplicia reſpectu aliquorum. ſunt enim ea quorum illa vel illis equalia ſunt diſſimiles partes aliquote. ⁊ ad difficultatē que poteſt ibi occurrere; q2 videtur aliqua eſſe eque multiplicia ⁊ ſeque multiplicia reſpectu eorundem, patet ex dictis qualiter ſit procedendum in eius ſolutione.

Circa vigeſimamtertiā diffinitionem aduerte, ꝙ alio modo loquimur de diuiſione vulgariter, ⁊ alio modo ſolēt loqui ariſmetici practici de diuiſione cum eam ponunt vnā ſpeciē algoriſmi: ⁊ alio modo fit ſermo de diuiſione in fractionibus vulgaribus. de iſto ſcdo modo in. 9. fiet mentio. ⁊ ꝓcedendo pͦmo mō de diuiſione, nichil aliud eſt aliquid diuidere ꝙ ipſū in aliquot partes adequate ſecare, ſiue ille equales ſiue inequales, ⁊ hec acceptio diuiſionis eſt magis ampla ꝙ illa de qua procedit preſens diffinitio. Sed ꝑ diuiſione de qua ariſmeticus practicus mētionē facit in illa ſpecie algoriſmi, aduerte ꝙ ad huc duobus modis poſſem⁹ de tali diuiſiōe loqui. Uno mō large, ⁊ hoc modo ſufficeret ad hoc ꝙ aliquid diuideret̄ ꝑ aliquid, ꝙ adequate ſecaretur in tot partes equales quot ſunt vnitates in illo, aut adequate in tot partes equales quot ſunt vnitates in illo ⁊ aliquā vltra minorē illo ꝑ quē diuiditur: ⁊ hoc modo videtur ꝓcedere ariſmetic⁹ practic⁹ frequēter cū in operatione iuxta illam ſpēm algoriſmi aliquis numerus diuiditur non adequate in tot ptes equales qt ſūt vnitates in diuiſore/ ſed ī tot ⁊ aliquā vltra minorē diuiſore. Et cōmuniter ꝓcedit̄ talē diuiſionem fieri ſecundum ꝙ ariſmetica docet. ⁊ illud contingit vniuerſaliter qñ diuiſor non eſt ſubmultiplex nūero diuidēdo, nec illi equalis, ſicut patet diuidendo. 18. per. 4. Et ita ꝓcedendo de diuiſione, ſi aliquis ſecundum rl̃as ſpēi algoriſmi deberet aliquem numerūʒ diuidere per aliquem, eſto ꝙ ineqnueniret ſaltem debite operando ſecundum illas regulas, ꝙ diuideret in tot partes equales quot ſūt vnitates in diuiſore et aliquam vltra que eſſet equalis diuiſori aut ea maior, tamen nō inconueniret ꝙ adequate illum diuideret in tot partes equales quot ſūt vnitates in diuiſore ⁊ vnam equalem vni illarum aut maiorē quacumq illarum aut minorē. Primum patet diuidēdo. 12. ꝑ. 5. ſcdm patet diuidendo. 14. ꝑ. 5. Tertiū ptʒ diuidendo. 16. per. 5. ⁊ ꝓcedendo etiam de iſta diuiſiōe non oportet ſi aliquis numerus ꝑ aliquēʒ diuidatur, et quod inde ꝓuenit per diuiſorē multiplicetur, quod redeat ille numerus diuiſus: ʒ bene oportet illud aut ꝙ redeat aliquis numer⁹ qui cum illa parte in quam diuiditur vltra illas partes equales ſumptas ſecundum diuiſorem ꝯſtituat illum numerum diuiſum ſicut ex ariſmetica/ practica/ apparet vniuerſaliter tamen oportet ſi aliquis numer⁹ ꝓducat̄ ex multiplicatione alicuius ꝑ aliquem ⁊ ille idēʒ diuidatur ꝑ multiplicātē ꝙ redeat ille multiplicatus ymmo ſi ille productus diuideretur ꝑ multiplicatum rediret ille multiplicās ex quo ſicut apparebit ex vna concluſione ille idem produceretur ſi econuerſo multiplicans per multiplicatum multiplicaretur. Patet vltra ꝙ ſtat bene aliquem nūerum vt puta a hoc modo diuidere per aliquē certum numerū vt puta per. b. ⁊ ꝙ proueniat. c. ⁊ tñ diuidendo. a. per. c. non proueniret. b. ſed maior nūerus ꝙ̄. b. hoc patet diuidendo. 12. per. 10. Uerum eſt tamen ꝙ tunc inconueniret ꝙ proueniret minor numerus ꝙ̄. b. Hec omnia iterum ex ariſmetica practica ſunt manifeſta/ ſed diffinitio poſita nō ꝓcedit de iſta acceptione diuiſionis. ſed alio modo capitur magis ſtricte ⁊ tunc ad hoc ꝙ aliquid diuidat̄ per aliquē numerum, requiritur ꝙ adequate ſecetur in tot partes equales quot ſunt vnitates in numero per quē diuiditur. ⁊ ſecundum hanc acceptionem procedit diffinitio data. et ita procedendo nullus numerus poterit diuidi per aliquem numerum, niſi ille ſit ipſi equalis: aut ſub multiplex ad ipſum, niſi ad fractiones recurratur. numerus enim denarius nō poteſt per quaternarium diuidi ſine fractione. ⁊ procedendo de hac diuiſione, ſi aliquis numerus diuidatur per aliquem numerum et poſtea iterum per illum qui ꝓuenit diuidatur, ꝓuenit alius diuiſor. ⁊ ſi aliquis per aliquem diuidatur ⁊ proueniens per diuiſorem multiplicetur ꝓducetur numer⁹ diuiſus. ariſmeticus ſpeculatiuus frequēter de iſto modo diuiſionis facit ſermonem. ⁊ frequenter de illo modo diuiſionis de quo vulgariter loqmur. raro autē vel nunꝙ de alia acceptione ſtatim tacta ibi non tangitur diffinitio diuiſionis ſicut vulgariter capit̄/ quia preſupponitur tanꝙ nota. iterdum ergo de diuiſione de qua loquimur vulgariter in ſequentib⁹ fiet mentio. ⁊ iterdum de vltima acceptione. qñ igitur de vna acceptione/ ⁊ quando de alia ꝓceditur, ex modo loquendi poterit ſatis ignoteſcere. qñ enim fit mentio de diuiſiōe vulgariter loquendo, non fit mentio ꝙ aliquis numerus debeat eſſe diuiſor/ quia illud non oportet/ ſed qñ de alia diuiſione fit

ſeruio bene ſit mentio de illo quia illō oportet. His igitur ſuppoſitis diffinitio illa eſt manifeſta. Hic tñ ſupponendum eſt ꝙ non ſolum numerus poteſt per numerum diuidi ſed etiam aliquid aliud poteſt iuxta illam ſpeciem algoriſmi diuidi per numerum ſi aliquid tamen diuidatur iuxta illam ſpeciem ſub ratione numeri diuiditur imaginantur enim in illo ꝑtes equales ſumpte ſecundum aliquem numerū ex cuius diuiſione per aliquem numerum apparet diuiſio illi⁹ per illum diuiſorē ⁊ ex his poteſt ſufficienter apparere quid ſit aliquid diuidere per numerum ſiue illud fuerit numerus ſiue non proporcionabiliter procedendo. Eſt enim illud in tot partes equales adequate ſecare quot ſunt vnitates in diuiſore.

Uiceſima quarta ⁊ viceſima quinta diffinitiones ex his que dicta ſunt euadunt note.

Circa .26. diffinitionem aduerte ꝙ cum ſit diuiſio ſecundum illam ſpecieꝫ algoriſmi de qua facta eſt mentio ſiue loquimur ſtrictiſſime ſiue alio modo aliquis numerus ex tali diuiſione prouenit qui numerus quotiēs ſolet vocari ⁊ duo denotat talis numerus / primo enim denotat ꝙ diuiſor ſecundum ipſū reperitur in diuiſo vt puta totiens quotiens vnitas eſt in ipſo ⁊ non pluries ⁊ propter hanc denotationem vocatur numerus quotiens ſecūdo denotat ꝙ diuidendo talem numerū ꝑ illuꝫ diuiſorem partes in quas diuiditur debent eſſe quales illi ſaltem ille que inueniuntur in diuiſo ſecundum diuiſorem ⁊ propter hanc denotationem poteſt vocari numerus ex diuiſione prouenieus ⁊ ſi loquamur de tali diuiſione ſtrictiſſime denotaret ille numerus ꝙ quelibet illarum partium in quas adequate diuiditur talis numerus per illum diuiſorem ſit equalis illi / ſed ſi loquamur alio modo denotabit ꝙ tot partes equales illi quot ſunt vnitates in diuiſore ⁊ non tot maiores illo in illo diuiſo reperiuntur. Ex quo patet ꝙ ſi ſtrictiſſime deberet numerus denarius diuidi ꝑ quaternariū recurrendo ad fractiones quod ex tali diuiſione ꝓueniret non eſſet numerus ſed eſſet numerus cum aliqua fractione. His intellectis diffinitio illa eſt manifeſta.

Circa .27. diffinitionem eſt aduertendum ꝙ non aliud eſt dictu quod prima pars pretendit ꝙ ſi diceretur ꝙ ſi aliqua ſit pars aliquota duorum numeroꝝ inequalium minor illorum adequate reſultat ex tot partibus equalibus non communicantibus quarum quelibet eſt aliquota maioris quot ſunt vnitates in numero ſecundū quem illa pars communis multiplicata illum minorem ꝓducit. Exemplum patet de numero .9. reſpectu .12. quia enim numerus ternarius eſt vtriuſqꝫ pars aliquota ⁊ ipſe ter reperitur in nūero / 9. et per ſeipſum multiplicatus illum producit numerus .9. adequate reſultabit ex tribus partibus aliquotis maioris equalibus nōcommunicātibus / quia tres vnitates reperiuntur ſolum in illo ſecundum quem multiplicata ipſum producit. Et ſi per reſpectū ad vnitatē loquamur ille adequate reſultabit ex nouem partibus equalibus non communicantibus quarum ꝙlibet eſt aliquota maioris. Unde qñ diuerſorum numerorum inequalium quilibet eſt pars maioris et minoris / minor erit tot partes aliquote maioris ad ſenſum datum quot ſunt vnitates in quocūqꝫ numero ſecundum quem aliqua illarum partium communium multiplicata illum producit. ¶ Pro ſecunda parte eſt aduertendum ꝙ idem eſt petere quota pars aliquota illius eſt hoc et petere a quo numero denominatur hoc pars aliquota illius et idem eſt dicere hoc eſt tota vel tota pars illius ac ſi diceretur hoc eſt pars aliquota illius a tali vel tali numero denominata hoc ſuppoſito ſenſus illius ſecunde partis eſt ꝙ ille numerus minor in tali caſu adequate reſultat ex aliquot partibus equalibus non communicantibus quarum quelibet eſt aliquota maioris denominata ab illo numero ſecundum quem illa pars communis multiplicata illum maiorem producit ⁊ ideo in exemplo dato / quia ille numerus ternarius eſt vna quarta maioris ille minor adequate reſultabit ex quartis maioris ⁊ quia etiam vnitas eſt vtriqꝫ illorum pars cōmunis et eſt duodecima pars maioris ille minor adequate reſultabit ex duodecimis maioris non communicantibus ⁊ ita vniuerſaliter in quibuſcūqꝫ in quibus diuerſorum numerorum inequaliū quilibet eſt vtriuſqꝫ pars aliquota. Et ex his apparere poteſt in huiuſmodi caſibus quot et quote partes maioris eſſet minor. Hec diffinitio ſic expoſita eſt vt indifferenter verum habeat ſiue dicamus totum diſtingui ab omnibus ſuis partibus ſimul ſumptis ſiue non et propter ꝯſimilem cauſam vbi in ſequentibus dicetur aliquem numerum eſſe partes maioris aliquotas / aut non aliquotas aut eſſe tot partes aut tote partes / aut tot ⁊ tote in conſimilibus ſenſibus intelligantur huiuſmodi dicta vt indifferenter ſecundum omnem modum verum habeant quia tamē talis eſt modus loquendi doctoruꝫ in hac materia loqmur vt ipſi. Hic tamen aduerte ꝙ in his ſenſibus procedendo ſicut concedimus in caſibus tactis numerum eſſe partes aliquotas maioris tot aut totas ita etiam poſſemus concedere numerū maiorem eſſe tot aut totas partes aliquotas minoris multi tamen antiquorum per aliquem numerum eſſe partes alicuius intelligebant illum eſſe minorem illo ⁊ non partem aliquotam illius / ſed partes aliquotas illius hoc tamē non obſtante bene poteſt dici ꝙ aliquis numerus eſt pars aliquota alicui⁹ ⁊ partes aliquote ymmo procedendo ad ſenſuꝫ datum interdum erit neceſſarium illud ꝯcedere de hoc tamen non eſt curandum quia ad nomen cōſiſteret hec difficultas. Finaliter aduerte ꝓ iſta diffinitione ꝙ ipſa proportionabiliter omnino poteſt deſeruire ꝓ quibuſcumqꝫ commēſurabilibus extra numeros ſicut pro numeris deſeruit mutatis mutandis.

Circa .28. diffinitionem aduerte ꝙ ad hoc ꝙ aliquid ſit menſura alicuius nō requiritur ꝙ ſit illi⁹ pars aliquota / ſed ſatis eſt ꝙ ſit equale illi vel illius pars aliquota / et ratio huius poteſt aſſignari ex communi modo loquendi ſolet enim proportio rationalis ſic ꝯmuniter diffiniri. Eſt duorum cōmenſurabilium habitudo ſolet inſuper ꝯcedi ꝙ cuiuſlibet numeri ad vnitatem eſt proportio rationalis vnde manifeſte conſtat quemlibet numerum ⁊ vnitatem eſſe cōmenſurabilia loquendo co

modo quo in illa diffinitione. Unde per commēſurabilia intelligunt illa quibus eſt eadem communis menſura vnde manifeſte ſequitur cum nichil aliud ab vnitate ſit menſura vnitatis ipſam vnitatē eſſe ſui ipſius menſuram vnde apparet intētum hoc ſuppoſito diffinitio illa ex manifeſta.

Circa .29. et triceſimam diffinitiones aduerte ꝙ loquendo de commenſurabilitate vt in propoſito quicunq; duo numeri ſunt commenſurabiles ſimulr̃ ⁊ quilibet eſt vnitati commenſurabilis aliter tamen ſit mentio de ꝯmenſurabilitate numerorū in tertio ꝯmunis modus loquitur de cōmenſurabilitate: hoc modo ⁊ inde apparet ꝙ ad hoc ꝙ aliqua ſint ꝯmenſurabilia: hoc modo non requiritur ꝙ idem ſit vtriuſq; pars aliquota: hoc patet de numero ⁊ vnitate. Hoc ſuppoſito diffinitiones ille ſunt manifeſte. Finaliter aduerte ꝙ in expoſitionibus predictarum diffinitionū ille ad alia applicate ſunt: quia in ſequentibus multe demonſtrationes extra numeros tangetur ꝓ quarū intellectionibus illa ſunt neceſſaria et propter illud etiam iſte due vltime diffinitiones poſite ſunt.

Dignitates.

1 Omne totū eſt mai⁹ ſua parte Et omnis ps minor ſuo toto

2 Quecunq; que eidem ſunt equalia inter ſe ſunt equalia.

3 Quicquid altero duorum equalium eſt maius eſt etiam reliquo maius. Et quicquid eſt altero duorum equalium minus eſt reliquo minus.

4 Quicquid eſt maius maiori aliquorū eſt maius minori eorūdem. Et quicquid eſt minus minore aliquorum eſt minus maiore eorundem.

5 Cuiuſcunq; totius omnes ptes ſimul ſūpte ipſi toti equātur.

6 Si equalib⁹ equalia addātur vel idē cōe q̄ fiēt erūt equalia.

7 Si equalibus inequalia addātur que fient erunt inequalia.

8 Si ab equalibus equalia auferantur vel idem ipſis commune remanētia erunt equalia.

9 Si ab equalib⁹ inequalia auferāt remanētia erūt inequalia

10 Si altero duorum equalium inuariato reliquo aliquid addatur vel ab eo auferatur fient inequalia.

11 Si inequalibus equalia addātur vel idē cōe fient inequalia

12 Si ab inequalibus equalia auferantur vel idem ipſis commune remanentia erunt inequalia.

13 Si inequalium maiori maius addatur ꝙ̄ minore aut a minori maius auferatur ꝙ̄ a maiori aut maiori addatur aliquod: et a minori auferatur aliquod remanebunt inequalia.

14 Si maiori inequalium inuariato a minori aliquid remoueatur / aut ipſi addatur maius aut minus ꝙ̄ eorū differentia remanebunt inequalia. Et ſi minori inuariato maiori addatur aliquid / aut ab eo auferat maius aut minus differētia ipſorū remanebūt inequalia

15 Si aliquorum duum alicui tertio ſit equale cui reliquum ē inequale illa ſunt inequalia.

16 Quorumcunq; inequalium differentia eſt ſicut differentia maioris ad quodlibet equale minori ſimiliter ⁊ ſicut differentia cuiuſlibet equalis maiori ad illud minus vel illi equale.

17 Si aliquorum alique partes ſunt equales vel ipſis eadē cōmunis ſimiliter ⁊ reſidue partes ſunt equales illa ſunt equalia. Et ſi aliqua ſint equalia ⁊ alique partes eorum ſunt equales vel eadem illis communis reſidue etiam erunt equales.

18 Si aliquorum alique partes ſint equales vel eadē ipſis cōmunis ⁊ reſidue inequales illa ſunt inequalia ⁊ illud cuius pars illarum inequalium eſt maior ē altero maius. Et ſi alicuius aliqua pars aliqua parte alterius ſit maior ⁊ reſidua pars eiuſdem reſidua alterius ſit etiam maior vel illi equalis erit illud altero maius. Et ſi aliqua ſint inequalia ⁊ alique partes eorū ſint equales vel eadem ipſis communis reſidua pars maioris erit maior reſidua minoris.

19 Omne totum ex aliquibus compoſitū, ex qualibꝫ parte eius et differentia illius ad illam adequate reſultat. Et quodlibet altero maius ex tali minori vel ſibi equa-

li ⁊ differentia ipſorum adequate reſultat.

20 Cuiuſlibet totius ad quamlibet ſuam partem differētia eſt reſidua pars eiuſdem totius ab illa ⁊ quamlibet ſuam partem per reſiduum eius ab illa excedit.

21 Quorūcunq̧ duorum inequaliū inter q̄ aliquid mediat differentia ex differentijs eorum ad quodlibet mediū inter illa adequate reſultat. Et ſi inter duo inequalia plura medient inequalia differentia illorum ex omnibus differentijs inter mediorum ⁊ illorū ad intermedia adequate componetur.

22 Si fuerint duo inequalia differentia eorum minore adita: vel a maiori ablata efficientur equalia.

23 Si quorūcūq̧ vni tm̄ addatur quātū ab altero eorūdē ſubſtrahitur aggregatum ex illis remanebit equale. Et ſi alicui tantum ex vna parte addatur q̄tum ex eo ab alia ſubſtrahitur remanebit equale.

24 Omne adequate compoſitum ex duobus equalibus non cōicantibus ad quodlibet illorum eſt duplum. Et illorum quodlibet eſt eius medietas. Et omne adeq̄te ꝯpoſitum ex tribus equalibus non ꝯmunicantibus ad quodlibet illorum eſt triplū ⁊ ita deinceps.

25 Si aliquid adequate componatur ex duobus non communicantibus ⁊ ad vnum illorum ſit duplum ad reliquum etiam erit duplum et erunt illa duo equalia.

26 Quecunq̧ que eidem vel equalibus ſunt eque multiplicia: vel eque ſubmultiplicia inter ſe ſunt equalia. Et ex ꝯūti ſi aliqua ſint inequalia et vnum illorum alicui. tertio ſit aliqual'r multiplex aut ſubmultiplex reliquū non erit eidē taliter multiplex aut ſubmultip ex nec alicui illi equali. Et ſi aliquorum vnū fuerit aliqualiter multiplex aut ſubmultiplex alicui cui reliquum non eſt taliter multiplex aut ſubmultiplex: illa ſunt inequalia.

27 Quicquid alicui eſt multiplex aut ſubmultiplex cuilz equali illi eſt taliter multiplex aut ſubmultiplex. Et quodlibet equale ipſi alteri ⁊ cuilibet equali illi erit taliter multiplex aut ſubmultiplex.

28 Quecunq̧ quorum ſimiles partes aliquote ſūt equales ſūt inter ſe equalia: ſimiliter ⁊ quecunq̧ que equalium ſunt ſimiles partes aliquote: ⁊ quorumcunq̧ equalium ſimiles partes aliquote ſunt equales.

29 Quorūcūq̧ inequalium ſimiles partes aliquote ſūt inequales et earū maior que maioris illorum talis pars aliquota eſt ⁊ que minoris minor. Et quecūq̧ quorum inequalia ſunt ſimiles partes aliquote ſunt inequalia ⁊ cuius maius illorū inequaliū talis pars aliquota eſt. eſt maius ⁊ cuius minus minus.

30 Si aliquid ſit pars aliquota vnius duorum et nō ſit ſimilis pars aliquota alterius illa ſunt inequalia. Et ſi fuerint duo inequalia ⁊ aliquod tertium ſit pars aliquota vnius illorum illud non erit tota pars aliquota alterius ⁊ cuius vnum inequalium eſt pars aliquota reliquum non eſt talis pars aliquota.

31 Cuiuſlibet nūeri vnitas eſt pars aliquota ab ipſo denoīata aliquota ⁊ quemlibet numerum vel vnitatem vnitas numerat.

32 Quilibet nūerus totus eſt in ſerie ab vnitate inchoādo quota pars aliquota eius eſt vnitas.

33 Quilibet numerus in vnitatem ductus ſeipſum producit ſimiliter ⁊ in quemcunq̧ vnitas ducatur ipſemet inde producetur.

34 Quanto pars aliquota alicuius a maiori nūero denoīatur pars aliquota illius tanto minor eſt ⁊ quanto a minore maior.

35 Si quotcunq̧ totidem equalia primū primū ꝙ ſcd̄z ſcd̄m et ſic conſequenter vel idem equaliter excedant vel equaliter ab ipſis vel ipſo excedantur illa inter ſe ſunt equalia.

36 Quotiens aliquid in aliquo reperitur tociens ab eo ſubſtrahi poteſt ⁊ quotiens aliquid ab aliquo ſubſtrahi poteſt totiens ī illo reperitur.

37 Quelibet quātitas totiens multiplicari poteſt: vt quātilibet eiuſdem rationis excedat.

Petitiones.

1 Quocumqꝫ numero quãtumlibet maiorem contingit ſumere. Similiter ⁊ cuilibet quotcumqꝫ poſſunt ſumi equales. Et cuilibet quotcumqꝫ eque multiplices. Et cuilibet qualeſcumqꝫ multiplices.

2 Nullus numerus poteſt in infinitum diminui cuiuſlibet enim diminutio in vnitate ceſſat.

3 Series numerorum in infinitũ poteſt augeri nec poteſt dari in ea numerus quin eo maiorem in ſerie contingat cum ipſo collocare.

4 Nunꝙ maius numerat minus.

5 Si duo numeri inequales eundum numeruꝫ nũerẽt maior eorum per minorem numerum numerabit illum ꝙ minor illum numeret. Et ſi aliqui per diuerſos numeros eundem numerent qui per maiorem illum numerabit erit minor ⁊ qui per minorem maior.

6 Si aliquis numerus numeret diuerſos numeros inequales per diuerſos numeros ipſos numerabit maiorem per maiorem minorem per minorem. Et ſi duo inequales duos per eundem numerent illi numerati erunt inequales ⁊ maior a maiori per illum numerum numerabitur minor autem a minori. Et ſi aliqui ab eodem numero per eundem numerum numerentur illi ſunt equales.

7 Nullus numerus ductus in numerũ maiorẽ vnitate ſeipſũ producit. Sed vniuerſaliter inde ꝓductus erit multiplex illi denoīat⁹ ab illo in quẽ ducit̄. Et ſi nũerus per numerum maiorem vnitate numeret aliquem numerũ ille nũeratus erit multiplex illi denominatus ab illo per quem illum numerat.

8 Si aliquis nũerus in duos equales ducatur tantum producetur ex ductu illius in vnum illorum ſicut in reliquum. Et ſi duo equales in eundem ducantur tantũ producetur ex ductu vnius in illum ꝙtum ex ductu alterius in eundem.

9 Si aliquis numerus in duos inequales ducatur vel duo inequales in ipſũ ex ipſo in maiorẽ maior ꝓducetur ꝙ ex ipõ in minorẽ. Similit̄ ex maiori in ipm̄ maior ꝙ ex minori in ipſum. Et ſi ex aliquo in ſe maius producatur ꝙ ex altero in ſe ille erit altero maior.

10 Si duorũ numerorum alter in alterũ ducatur minor producetur ꝙ ex ductu aliorum duorum alterius in alterum quorum vnus vno illorũ eſt maior et reliquus reliquo maior vel illi equalis ⁊ maior producetur ꝙ ex ductu aliorum duorum alterius in alteꝝ quorum vnus vno illorum eſt minor ⁊ reliquus etiam reliquo vel illi equalis.

11 Si vnus numerus in ſeipſuꝫ ducatur maius producetur ꝙ ex ductu minoris ipſo in ſe ſimiliter ⁊ ꝙ ex ductu illius in minorẽ ipſo. Similiter ⁊ ꝙ ex ductu duorũ vnius in alterũ quoꝝ quilibet eſt eo minor aut vnus ſibi equalis ⁊ alter minor ⁊ minor producetur ꝙ ex ductu ipſius in maiorem ipſo ſimiliter ⁊ ꝙ ex ductu duorum quorum quilibet eſt eo maior aut vn⁹ ſibi equalis ⁊ alter maior vnius in alterum.

12 Si aliqd numeret aliquid eo maius illud ẽ ps aliquota illi⁹.

13 Nulla pars aliquota alicuius eſt maior medietate eiuſdeꝫ.

14 Si duorum inequaliũ minus ex maiori detrahatur quo ad poſſit nichil remanebit aut remanebit minus minori.

15 Si detracto minori ex maiori quo ad poſſit, ſuperſit aliquid: maius non erit multiplex minoris. Et ſi maior non fuerit multiplex minoris, minori ab ipſo detracto quo ad poſſit, remanebit minus minore: ſi dua tamen pars maioris ab illo quod ſupererit, erit multiplex minoris, vel illi equalis.

16 Si duorum inequaliuꝫ maior fuerit multiplex minoris minori ab ipſo detracto quo ad poſſit nichil ſupererit. Et ſi nichil ſuperſit ex tali detractiõe maior erit multiplex minoris.

17 Si minor ex maiori detrahatur pluries, aut ſemel; et aliquid remanſerit ex maiori tali detractione factam minor numerabit reliquam partem maioris ab illa quę remanebit; et erit illi equalis, aut ſubmultiplex ad illam.

18 Si parte alicuius totius maiorata totum remanſerit equale reliquam partem illius tm̄ deperdere ꝙtum illa maiorata ad quirit neceſſe eſt. Et ſi toto manente equali, continuo, aliqua pars eius minoretur, reliquã tm̄ acquirere, quantũ illa perdit, neceſſariũ erit.

19 Si aliquod totũ ex pluribus partibus duabus adequate reſultet ⁊ illo continuo remanente equali vna illarum partium minoretur ⁊ alia tantum acquirat ſicut illa deperdit totum reſiduum ab illis manebit continuo equale.

20 Si numerum datum numerus multiplicet idemq; ꝓductũ diuidat numerum datum redire et ecõtra. Si aliquis numerus datum numerum diuidat et quod ꝑuenit rurſum multiplicet itidem numerum datum redire.

21 Si primum pluries cõtineatur in ſcđo ꝙ̄ tertiuʒ in quarto ⁊ primum totiens adequate contineatur in aliqua parte ſcđi: ſicut tertium in aliqua certa parte quarti continetur primum pluries ꝯtinebitur in reſidua pte ſcđi ꝙ̄ tertiũ in reſidua pte quarti continetur.

Dignitatibus et petitionibus q̄ communiter ſolent poni aliquas alias adiecimus: vt facilius poſſint comprehendi demonſtrationes concluſionum ponendarũ nec minus ſunt note ex ſe ille adiecte ꝙ̄ ille que communiter poni ſolent.

Sed circa illas aliqua notabis ꝓ primus em̃ circa primam dignitatem aduerte ꝙ non ſolum illa in quantitatibus continuis aut diſcretis deſeruire poteſt verum etiam in quibuſcumq; alijs in quibus aliquo modo maioritas aut minoritas reperiri poteſt in actiuitatibus enim ⁊ reſiſtẽtijs ⁊ in intenſionibus ⁊ remiſſionibus et alijs multis eã intelligendo ſicut intelligi debet adeo ꝙ ſe nota erit ſicut in quibuſcumq; alijs diuerſimode tñ intelligi debet ſecũdum ꝙ ad diuerſa applicabitur ⁊ ita de omnibus alijs dignitatibus dicendum eſt nõ tñ ſpectat ad ꝓpoſitũ illas omnes expoſitiones videre nec etiam ad ꝓpoſitum ſpectat ſoluere rationes que cõtra ipſas in rigore ꝓcedendo fieri poſſunt ꝓpter tñ cauſam ſupius tactã vt puta ꝓpter demõſtrationes tãgẽdas in alijs a numeris ſic poſite ſũt dignitates ⁊ petitiones vt in alijs eque bene ſicut in numeris deſeruire poſſint.

Circa primam petitionem eſt aduertẽdum ꝙ non eſt ipſa ſic ingelligenda ꝙ quocumq; numero dato in quacumq; proportione maioris inequalitatis contingat ſumere maiorẽ eo hoc em̃ manifeſte falſũ eſt: ſʒ ad hũc ſẽſũ dʒ itelligi ꝙ quocũq; dato in q̄cũq; ꝓportione multiplici ꝯtingit ſumere maiorẽ eo ⁊ ex ꝯñti ꝙ i quocũq; exceſſu ꝯtingit ſumere maiorẽ ipſo.

Circa quartam quintam et ſextam petitiones eſt aduertendum ꝙ in quibuſcumq; alijs a numeris ille deſeruient eſto ꝙ quinta et ſexta ſolũ in nũeris videanẽ ꝓcedere facile tñ poſſunt ſimiles petitiones ꝓ omnibus poni quas ꝓpter breuitatem relinquimus ſupponentes illas poſſe ad alia applicari ꝙ̄ ad numeros. Eſt vltra aduertẽdum ꝙ ſicut apparet ex euclide ſcđo elementorum linea in lineã duci poteſt alia tñ ratione linea in lineam diceref duci ꝙ̄ numerus in numerum vel aliquid aliud in nũerum hoc tñ non ſpectat ad ꝓpoſitum inquirere: ſed ſoluʒ hoc vnũ ſupponendũ eſt ꝙ ſimilia ꝯtingunt de ductu linee in lineã ſicut octaua nona decima ⁊ vndecia petitiones de ductu nũeri i nũerũ ꝓponũt, ⁊ ꝓpterea petitiões ille debite applicate ꝓ ductu linee in lineam ſimili modo deſeruiẽt. Omnes igitur petitiones ⁊ dignitates que non ſpecialiter pro numeris poſite ſunt pro quibuſcumq; indifferenter intelligantur ille autem que de numeris expreſſe ponũtur et ad alia aplicari poſſunt pro omnibus in quibus deſeruire poterunt teneantur.

Circa vltimam petitionem aduerte ꝙ ipſa procedit de diuiſione prout eſt ſpecies algoriſmi ſtrictiſſime loquendo adhuc.

Co. **Ex pꝛeſenti cōſtat ꝙ quibuſcunq̧ duobus nūeris inequalib⁹** datis ꝙ fiet ex ductu vtriuſq̧ in ſeipſū erit equale illi qđ fiet ductu maioꝛis bis in minorē aut ecōtra ⁊ ex ductu differētie ipſoꝝ in ſeipſā ⁊ ex ꝯñti maius q̄ duplū ad illud qđ fit ex ductu vnius in alterū ¶ Maioꝛ eñi erit vt adequate diuiſū i minorē ⁊ i dr̄am ipoꝝ. Et tunc eadē eſt demonſtratio penit⁹.

26 **Si numerus adequate in duo inequalia diuidatur ex ipō in** ſe equum producetur illi quod fit ex ductu vnius illarum partium in alteram quater cum eo quod fit ex ductu differentie ipſorum in ſeipſam.

Sit a numerus adequate diuiſus in b/maiorem et c.minorem ſitqꝫ d/differentia b/ad c. Tūc di co ꝙ ex a/in a/tm̄ fit ſicut ex b/quater in c/cuȝ eo quod ex d/in d. Quia ex.24.huius ex a:in a:tm̄ fit ſicut ex b:in b:⁊ ex b:bis in c:et ex c:in c:⁊ quod fit ex b:in b:ex c:in c:ex correlario p̄ce dentis equum eſt ei quod fit ex b:bis in c:et ex d:differētia ipſorum in d:ergo quod fit ex b:in b:et ex b:in c:ex b:bis:in c:equum erit ei quod fit ex b:quater in c:et ex d:in d:ergo ex a:in a:equū fiet illi q̄d ex b:quater in c:⁊ ex d:in d:quod eſt propoſitum.

Co. **Ex preſenti apparet concluſio illa que ſub aliis verbis ponit** ab euclide.9.elementorum vcȝ ꝙ ſi numerus in duo diuidatur ⁊ ei addatur alius numerus equalis vni diuidentium quod fiet ex ducta totius compoſiti in ſeipſum equum erit ei quod fiet ex ductu prioris in adiectum quater et ex reliquo diuidētium in ſeipſum. ¶ Capto enim toto aggregato ⁊ ipſo diuiſo in duo adequate vt puta in numerum p̄exiſtentem et adiectum differentia illarum duarum partium erit reſidua pars preexiſtentis ab illa que eſt equalis illi adiecto. Et hoc habito eadē eſt demōſtratio cum demonſtratione preſentis.

27 **Si numerus adequate ī duo inequalia diuidatur quod fiet** ex minori diuidentium in ſe cum eo quod fiet ex toto in eorum differentiam equum erit ei quod fit ex maiori diuidentium in ſeipſum.

Sit a numerus adequate diuiſus in b:maiorem ⁊ c:minorem ſitqꝫ differentia eorum d. Dico igitur ꝙ illud quod fit ex c:in c:cum eo quod fit ex a:in d:eſt equale illi quod producitur ex b in ſeipſum. Quia ex a:in d:per.16.huius tantum fit ſicut ex c:in d:et ex b:in d:addendo igitur vtrunqꝫ quod fit ex c:in c:conſtat ꝙ id quod fiet ex c:in c:cum eo quod fiet ex a:in d:equum erit illi quod fiet ex b:in d:et ex c:in d:et ex c:in c:cum igitur b:adequate diuidatur in c:et d per correlarium.23.huius ex b:in d:⁊ ex c:in d:et ex c:in c:tm̄ fiet ſicut ex b:in b:et per conſequens ex c:in c:⁊ ex a in d: tantum fiet ſicut ex b:in b:quod eſt propoſitum.

1.co **Ex preſenti ſequitur ꝙ ſi duorum numerorum inequalium** quilibet in ſe ducatur erit productorum differntia equalis ꝓducto ex differentia ipſorum in aggregatum ex illis. Et propterea ſi duo proximi in ſe ducantur productorum differentia erit ſicut aggregatum ex illis. Hoc correlarium patet quia productum ex maiori in ſe per preſentē addit ſupra productum ex minori in ſe illud quod producitur ex ductu aggregati ex ipſis in eorum differentiam.

2.co **Patet vltra ex preſenti concluſio illa que ſub aliis verbis po** nitur ab euclide.9.elemētorum ſcȝ Si fuerit numerus in duo equalia diuiſus eiqꝫ alius nūerus adiunctus quod fit ex ductu totius ꝯpoſiti in adiūctum cum eo quod fiet ex vno illorum equalium in ſe equum erit illi quod fiet ex compoſito ex altero equali et adiecto in ſe ducto. Capto enim tali cōpoſito diuidam ipſum in duas partes inequales quarum vna erit vna illarum in quas primus diuidebatur ꝑ equalia. Tunc ille adiunctus erit differentia illarum partium in quas diuiditur iſto modo totꝰ ille aggregatus quo habito eadem eſt penitus demonſtratio cum demonſtratione preſentis.

28 **Si numerus adequate in duo inequalia diuidatur ex vna ꝑ** te ⁊ in duo equalia ex alia quod fiet ex vno illorum equaliū in ſeipſum equum erit ei quod fiet ductu vnius illoruȝ inequalium in reliquum cum eo quod fiet ex differentia vnius illoꝝ inequalium ad vnuȝ illorum equalium in ſeipſum.

Sit a numerus adequate diuiſus in b:maiorem ⁊ c:minorem ſitqꝫ alia diuiſione adequate diuiſus in duo equalia quorum vnum ſit d:ꝙ ex.24.dignitate debet eſſe medietas a. Cōſtat tunc ex.5.huius ꝙ b:⁊ c:equaliter diſtabunt ab ipſo d:et ex.4.huiꝰ b:erit maiꝰ d:⁊ c:minꝰ ſit igit̄ e differentia b:ad d:ſimiliter ⁊ d:ad c. Tunc dico ꝙ ex d:in ſe tm̄ fit ſicut ex b:in c: et ex e:in ſe. Quia ex quo b:adequate reſultat ex c:differētia ipſius ad d:et ex e:differentia d:ad c:et ex c:per.16.huiꝰ ex b:in c:tm̄ fiet ſicut ex c:bis in e:et ex c:in ſe addendo igitur illi quod fit ex e:in ſe aggregatum erit equum illi quod fiet ex e:in ſe ⁊ ex c:bis in e:et ex c:in ſe et qꝛ d:adequate reſultat ex c:et e:ex d:in ſe per.24.huius tantum fiet ſicut ex e:in ſe:et ex c:bis in e:et ex c:in ſe ergo ex d:in ſe tantuȝ fiet ſicut ex b:in c:et ex e:in ſe quod eſt propoſitum.

Co. **Ex preſenti conſtat ꝙ quorumcūqꝫ trium numerorū imme**diate ſe ſequentiū in ſerie ex vno extremorum in reliquum fiet vnum minus q̄ȝ ex medio in ſe ducto. ¶ Nam per.5.huius medius illorum erit medietas cōpoſiti ex aliis quare ille cōpoſitus diuidetur vna diuiſione in duos equales illi medio et alia in illos duos extremosquare ex preſēti quod fiet ex medio in ſe addet ſupra id quod fiet ex vno extremorum in reliquū id quod fiet ex dr̄a maximi ad medium in ſe cum igitur illa dr̄a ſit vnitas ex vnitate in ſe fiat ipſamet vnitas conſtat propoſitum.

29 **Si aliquis numerus vna diuiſione in duo ſequalia adequa** te diuidatur ⁊ alia diuiſione ſimiliter in duo alia ſequalia diuidatur adequate quod fiet ex ductu maximi illorū quatuor in minimuȝ eorumdem cum eo quod fiet ex ductu differentie maximi omnium ad maximum medioꝝ in differentiam illius maximi ad minimum mediorum equum erit illi quod producetur ex ductu vnius mediorum in alterum.

Sit a numerus vna diuiſione adequate diuiſus in b:maiorē et c:minorem ſit inſuper alia diuiſione adequate diuiſus in d:maiorē et e:minorem quorum quilibet ſit inequalis b:ſimiliter ⁊ e. Conſtat tunc ex. 7. huius ꝙ d:et e:equaliter intercipiātur inter b:et c:aut econuerſo ſit igitur ita ꝙ inter b:et c:intercipiantur d:et e:ita ꝙ b: ſit omnium quatuor maximus ⁊ c:minimus tunc ex eadē erit eadē differētia b:ad d:⁊ e:ad c ſimiliter eadē erit differētia b:ad e:⁊ d:ad c:ſit igitur f:differētia cōmunis b:ad d:et e:ad c:⁊ differentia communis b:ad e:⁊ d:ad c:ſit g. Tunc ꝯſtat ex. 19. dignitate ꝙ b:adequate componitur ex f:et d:⁊ ex eandem d:adequate componitur ex g:et c:⁊ e:adequate cōponitur ex f:et e. Dico igitur tunc ꝙ ex b:in c:⁊ ex f:in g:tm̄ fit ſicut ex d:in e. Quia p. 14. huius ex d:in e:tm̄ fit ſicut ex d:in e:⁊ ex d:in f:ſed p. 13. huius ex d:in f:tm̄ fit ſicut ex f:in d:⁊ per. 14. huius ex f:in d:tm̄ ſicut ex f:in c:et ex f:in g:ergo ex d:in e:tm̄ fit ſicut ex d:in c:⁊ ex f:in e:et ex f:in g: ſed p 16. hui⁹ ex d:in e:et ex f:in c:tm̄ fit ſicut ex b:i c:ꝙ ex d:i e:tm̄ fiet ſicut ex b:i c:⁊ ex f:i g:ꝙ. ē ꝓpoſitū.

1.co **Ex preſenti apparet ꝙ numero ſic duabus diuiſionibus diuiſo** ex maximo omniū in minimū cū eo quod fit ex differentia maximi omnium ad maximum mediorum in differentiam maximi mediorū ad minimū omnium aut cum illo quod fit ex differētia minimi mediorum ad minimū omnium in differentiam maximi omnium ad minimū mediorum aut maximi mediorū ad minimi omnium aut econuerſo equum fiet illi quod ex ductu vnius mediorum in alterū. Eadem omnino eſt demonſtratio huius cum demonſtratione preſentis ſuppoſita. 7. huius

2.co **Patet vltra ꝙ ſi capiantur quatuor numeri ſic ſe habētes ꝙ** primus equaliter excedatur a ſecundo ſicut ſecundus a tertio et tertius a quarto qui proportionales ariſmetice dicuntur ex ductu vnius illorū mediorū in alterū magis fiet ꝙ̄ ex ductu extremi in extremum. Et pari forma ſi fuerint quattuor quorū primus equaliter excedatur a ſcd̄o ſicut tertius a quarto ⁊ ſit primus minimus ⁊ quartus maximus omniū tunc ex ſcd̄o in tertiū magis fiet ꝙ̄ ex pmo in quartum. ¶ Utrobiqꝫ enim in hijs caſibus ex primo correlario. 6. huius aggregatū ex extremis eſt equale compoſito ex medijs. Et tunc ex preſenti conſtat propoſitum.

30 **Si numerus adequate in duo equalia vna diuiſiōe diuidatur alia vero in duo inequalia ꝙ̄ fient ex inequalibus in ſe ductis ſimul accepta erūt duplū illis ꝙ̄ fiēt ex ductu vnius illoꝝ equaliū in ſe et ex ductu dfe illi⁹ ad vnū illorū inequaliū in ſe pariter acceptis.**

Sit a numerus in duo equalia adequate diuiſus quorum vnum ſit b:ſit inſuꝑ alia diuiſione diuiſus in duo inequalia ſcꝫ c:maius ⁊ d:minus ⁊ differētia d:ad b:ſit e:que p. 5. huius debet etiam eſſe differentia c:ad b. Tunc dico ꝙ ꝓducta ex c:in ſeipſum ⁊ ex d:in ſeipſum ſunt duplum illis que fient ex b:in ſe ⁊ ex e:in ſe pariter acceptis qꝛ ex c:in ſe p. 24. huius tantum fit ſicut ex b:in ſe et ex e:in ſe et ex b:bis in e:exuperat ergo illud ꝓductum ex c:in ſe illa duo producta ſcꝫ ex b:in ſe et ex e:in ſe p illud quod fit ex b:bis in e:et quod fit ex b:bis in e:cum eo quod fit ex d:in ſe per. 25. huius eſt equum illis duobus ꝓductis qꝛ b:diuidi poteſt in e:et d:ergo ex c in ſe et ex d in ſe tm̄ fiet ſicut ex e:bis in ſe ⁊ ex b:bis in ſe ⁊ per conſequens duplum illis que fient ex b:ſemel in ſe⁊ ex e:ſemel in ſe quod eſt propoſitum.

31 **Si fuerit numerus in duo equalia adequate diuiſus aliusqꝫ ei addatur quod fiet ex toto compoſito in ſe cum eo quod fiet ex adiuncto in ſe duplum ſunt illis que fiunt ex vno illoꝝ diuidentiū in ſe cū eo quod fit ex ductu aggregati ex vno illoꝝ ⁊ adiecto i ſeducto.**

Sit a numerus adequate diuiſus in b:⁊ c:equales addaturqꝫ ei d:et reſultet e. Tunc dico ꝙ ex e:in ſe et ex d:in ſe duplū fit illis que fiunt ex b:in ſe et ex c:d:in ſe. Quia p. 24. huius ex e:in ſe tm̄ fiet ſicut ex b:in ſe ⁊ ex c d in ſe ⁊ ex e i ſe ⁊ ex c d i b bis exupat ergo illd̄ qd̄ fit ex e:i ſe illd̄ quod fit ex b:in ſe ⁊ ex c d:in ſe p illud quod fit ex c d:bis in b:et p conſequens per illud quod fit ex c d:bis in c:modo illud quod fit ex c d:bis in e:cum eo quod fit ex d:in ſe p. 25. huius equum eſt illis ꝙ̄ fiunt ex c d:in ſe ⁊ ex c in ſe ergo et illis que fiūt ex b:in ſe et ex c d:in ſe ergo ex c in ſe et ex d in ſe tm̄ fiet ſicut ex c d bis in ſe et ex b bis in ſe et p ꝯñs duplū illis ꝙ̄ fiēt ex c d ſemel in ſe ⁊ ex b ſemel in ſe quod eſt propoſitum.

Ex his concluſionibus demonſtratis poſſunt facillime demōſtrari omnes ꝯcluſiones. 2. elemētorum euclidis vſqꝫ ad. 11. excluſiue ſuppoſita demōſtratione prime illarū que alio modo ꝙ̄ in numeris demonſtrari debet ipſa tamen ſuppoſita alie proportionabiliter demōſtrari poſſūt ſicut demoſtrate ſunt ſimiles illis ibi in numeris.

32 **Si quota pars aliquota eſt totus numerus totius nūeri fuerit detractus ex eo detracti ex alio erit reſidu⁹ illius reſidui alterius tota pars aliq̄ta q̄ta tot⁹ toti⁹**

Sit a b: totus nūerus tota ps aliq̄ta totius c d:q̄ta a detract⁹ ex eo eſt c:detracti ex alio. Tūc dico b:reſiduum eſſe totam partē aliquotam d:reſidui quota totus a b:eſt totius c d: Quia ſit e: numerus cuius b:ſit tota ps aliq̄ta q̄ta a:eſt c:erit tūc p. 10. huius totus a b:tota prs aliquota totius c e:quota a:eſt c:⁊ per ꝯñs tota quota a b:eſt totus c d:⁊ p conſequens totus c d: eſt equalis toti c e:quare per. 17. dignitatē e:erit equalis d:⁊ p ꝯñs b:erit tota ps aliquota d:quota eſt reſpectu e:⁊ per ꝯñs quota a:eſt c:quare ⁊ quota a b:eſt totius c d:quod eſt propoſitum.

1.co **Ex preſenti conſtat ꝙ ſi totus numerus numeret totuꝫ ſicut**

detractus ipſius numerat detractum alterius reſiduus numerabit reſiduum ſicut totus totum. ¶ Hoc ex ſecūdo correlario.19.huius ꝯſtat in forma ex quo totus numerus et detractus ab eo ſūt ſicut duo numeri inequales et reſiduus eſt ſicut eorum differentia.

2.co **Patet vltra ꝙ in quibuſcunq̧ ſimilia verificantur hiis que** concluſio cum correlarijs in numeris proponunt. Et conſimilis eſt demonſtratio.

33 **Si totus numerus fuerit aliquot partes aliquote alterius** totius et detractus ex eo fuerit tot ſimiles partes aliquote detracti ex alio erit reſiduꝰ illius tot ſimiles partes aliquote reſidui alterius ſicut totus totus.

Sit a b:totus numerus aliquot partes aliquote:e d:alterius totius et a:detractus ex eo ſit tot ſimiles partes aliquote e:detracti ex alio. Tunc dico ꝙ b:eſt tot ſimiles ꝑtes aliquote ipſius d:ſicut totus a b:reſpectu e d. ¶ Et ad hoc oſtendēdū primo oportet demōſtrare ꝙ in tali caſu poſſit aliquis dari reſpectu cuius b:ſit tot ſimiles partes aliquote ſicut a:eſt reſpectu e:qḋ ſic oſtenditur. Diuido enim totum a b:adequate in tales partes e d:totius ⁊ a prima auffero vnā ꝑtem equalem cuilibet illarum ex quibus a:adequate reſultat quarum quelibet eſt talis ꝑs:c:hoc poterit fieri quia talis pars aliquota e:ꝑ.29.dignitatem erit minor tali parte e d:et ex ſecūda auffero etiam vnā talem ⁊ ſic vſq̧ ad vltimā. Hoc facto illa reſidua q̄ remanebunt erunt equalia ⁊ ex illis adequate reſultabit b:quia adequate reſultabit ex illis reſiduis cū igiť tot nūero ſint illa reſidua ſicut illa ablata tot partes equales non cōmunicantes adequate reperientur in b:quot erunt tales ꝑtes e:in a:ex quibus adequate reſultat capiā igitur numerum eque multiplicem ad quodlibet illorū reſiduorum ex quibus adequate reſultat b ſicut e ad quodlibet illorum ablatorum ex quibus adequate reſultat a tunc ille erit nūerus petitus quia b adequate reſultat ex tot talibus ꝑtibus aliquotis illius non communicātibus ſicut a reſpectu e ꝑtꝫ igitur illud. Hoc tñ aliqui tanq̄ notum in huius demonſtratione preſupponunt cum tñ dubium eſſe poſſit. ¶ Iam ad ꝓpoſiti demonſtrationem deueniamus dato enī illius oppoſito ſit e nūerus inuētus ꝑ ſtatī demōſtratū cuiꝰ b ſit tot ſimiles ꝑtes aliquote ſicut a reſpectu e hoc habito ꝯclude ꝯſimiliť oīno ꝓpoſitū ex.11.huiꝰ ſicut in p̄cedēti ꝯcludebať ex.10.huius

Co. **Ex preſenti conſtat ꝙ in quibuſcunq̧ ſimile verificatur huic** quod ipſa in numeris proponit. Eadem enim eſt in quibuſcunq̧ demonſtratio.

34. **Si primus fuerit tota pars aliquota ſecundi quota tertius** quarti fueritq̧ ſecundus tota pars aliquota quinti quota quartus ſexti erit p̄mus quinti tota pars aliquota quota tertius ſexti.

Sit a primus tota pars aliquota b ſecundi quota d tertius e quarti ſitq̧ b ſcḋs tota ꝑs aliquota c quinti quota e quartus f ſexti. Tunc dico ꝙ a eſt tota pars aliquota c quota d eſt f ſit g denominans a in b ille idē ex terminis ⁊ ex ypotheſi erit denominans d in e ſit inſuꝑ h denominās e in c tūc ille ex terminis ⁊ ex ypotheſi denominabit e in f ⁊ ex g in h fiat k tūc ex.22.huius a erit ꝑs aliquota c denominata ſecundum k ⁊ ꝑ eandem d erit etiam pars aliquota f denominata ſecundū k erit igitur a tota pars aliquota c quota d eſt f quod eſt propoſitum.

1.co. **Ex preſenti apparet ꝙ ſi primus fuerit tota pars aliquota ſe**cundi quota quartus ſexti fueritq̧ tertius quarti tota ꝑs aliquota quota ſecūdus quinti erit primus tota ꝑs aliquota quinti quota tertius ſexti. ¶ Hoc enī eodē modo demonſtratur. Quia primus erit pars aliquota quinti denominata a numero qui fit ex ductu illorum numerorū vnius in alterū quorum vnus denominat p̄mum in ſecundo ⁊ quartum in ſexto ⁊ alius ſecundū in quinto ⁊ tertiū i quarto prout ex.22.huius apparet et ex eadē tertius erit pars aliquota ſexti ab eodem numero denominata. Patet igitur propoſitum.

2.co **Patet inſuper ꝙ ſi primus fuerit in ſecundo totiens adequa**te quotiens tertius in quarto ⁊ ſecūdus in quinto quotiēs quartus in ſexto erit p̄mꝰ totiēs adequate in quinto quotiens tertius in ſexto. Et ſi primus ſit totiens adequate in ſcḋo quotiēs quartus in ſexto et ſecundus in quinto quotiens tertius in quarto erit primus totiens adequate in quinto quotiens tertius in ſexto. Hec eodem modo demonſtrantur ex.21.huius ſicut preſens ex.22.

3.co **Patet vltra ꝙ in quibuſcunq̧ aliis a numeris ſimilia cōtin**gunt hiis que preſens cum correlariis in numeris proponunt.

35 **Si fuerit primus tota pars aliquota ſecundi quota tertius** eſt quarti ſimiliter et primus fuerit tota pars aliquota quinti quota tertius ſexti erit primus tota ꝑs aliquota aggregati ex ſecundo et quinto quota tertius aggregati ex quarto et ſexto.

Sit a primus numerus tota pars aliquota b ſecūdi quota d tertiꝰ eſt e quarti ſit inſuper a tota ꝑs aliquota c quinti quota d eſt f ſexti. Tūc dico ꝙ a eſt tota pars aliquota aggregati ex b ⁊ c ſicut d aggregati ex e ⁊ f ſit enī g nūerus a quo a denominať pars aliquota b ille idē erit a quo d denoiabitur pars aliquota e ex terminis et ex ypotheſi ⁊ ꝑ idē ab eodem numero a quo a denominatur pars aliquota c denoiatur d ꝑs aliquota f ſit igitur ille h ⁊ aggregatū ex g et h ſit k tunc ex a in k tñ fiet ſicut aggregatum ex b et c ꝑ.14.huius ⁊ ꝑ eandem ex d in k fiet tñ ſicut aggregatum

ex e et f cuȝ igitur k ſit maior vnitate ex. 7. petitione a eſt pars aliquota totius c b denominata ſecū dum k ⁊ d totius e f ab eodem denominata conſtat igitur propoſitum.

co **Ex preſenti apparet ꝙ in quibuſcunq; alijs a numeris ſimi**le verificatur huic quod preſens in numeris proponit. Eadem eſt in quibuſcunq; demonſtratio.

2. co **Patet ſecundo ꝙ in quibuſcunq; hoc verum habet ꝙ ſi primū** totiens adequate reperiatur in ſecundo quotiens tertiū in quarto ⁊ primū ſit etiam totiens adequa te in quinto quotiens tertium in ſexto primum totiens adequate erit in aggregato ex ſecūdo ⁊ quin to quotiens tertium in aggregato ex quarto et ſexto. Eadem eſt penitus demonſtratio.

36 **Si fuerit primus tota pars aliquota vel tot ſimiles ptes ali**quote ſecundi ſicut tertius quarti et primus ſit equalis tertio erit ſecūdus equalis quarto. Et ſi pri mus fuerit maior tertio erit ſecundus maior quarto et ſi minor minor.

Sit a b primus tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote c ſcdi ſicut d e tertius re ſpectu f quarti. ¶ Tūc dico primo ꝙ ſi a b eſt equalis d e/c eſt equalis f. Dico ſcdo ꝙ ſi a b ſit maior d e/c eſt maior f. Dico tertio ꝙ ſi eſt minor d e c etiā eſt minor f. ¶ Primū patet et impri mis ſi a b ſit pars aliquota c ex. 28. dignitate ꝯſtat propoſitū. Et ſi a b ſit partes aliquote c diuido a b adequate in tales partes c q̄ ſint a ⁊ b ⁊ ſic ꝯñr ſi plures fuerint ſimiliter diuido d e adequate i ta les partes aliquotas f q̄ ſint d et c ⁊ ſic ꝯñr ſi plures fuerint erit tunc ex ypotheſi a tota pars totius a b quota d eſt totius d e quia a totiens adequate eſt in a b quotiēs d in d e ⁊ per ꝯñs ex. 28. dignita te a eſt equalis d ⁊ quia ex ypotheſi a eſt etiam tota ps aliquota c quota d eſt f p eandem dignitatē c erit equalis f quod eſt ꝓpoſitū. ¶ Secundum ꝯſimiliter patet ſit eñ tūc a b maior d e ⁊ imprimus ſi a b ſit pars aliquota c ex. 29. dignitate cōſtat propoſitū. Et ſi fuerit partes aliquote c et non pars aliquota diuiſo a b ſicut ſtatim ſimiliter ⁊ d e erit tūc a tota pars aliquota totius a b quota d eſt toti us d e quare p. 29. dignitatem a erit maior d cum igitur etiam ex ypotheſi a ſit tota pars aliquota c/ quota d eſt f iterum ex eadem dignitate cōſtat c eſſe maiorem f quod eſt ſecundum. ¶ Tertium hinc efficitur notum ſit enim tunc a b minor d e ⁊ tunc facto d e primo f ſecundo a b tertio ⁊ c quarto con ſimiliter patet propoſitum tertij ſicut ſecundum oſtenſum eſt.

Co. **Ex preſenti patet ꝙ in quibuſcunq; verum habet quod con**cluſio in numeris proponit. Et eadem eſt demonſtratio.

37 **Si primus fuerit tota pars aliquota ſecundi quota tertius/** quarti fueritq; primus minor tertio erit primus tertij tota pars aliquota aut tot ſimiles partes ali quote ſicut ſecundus quarti.

Sit a primus numerus tota ps aliquota b c ſecundi quota d tertius eſt e f quarti ſitq; a minor d. Tunc dico ꝙ a eſt tota pars aliquota aut tot ſimiles ptes aliquote ipſius d ſicut b c eſt reſpectu e f diuidō enim b c in ſuas partes equales a que ſint b ⁊ c et ſic ꝯñr ſi plures fuerint diuido inſuper e f adequate in ſuas partes equales d que ſint e ⁊ f ⁊ ita ſi plures fuerint ꝯſtat tunc ex ypo theſi ꝙ c b habet adequate tot partes equales a ſicut e f reſpectu d cum igitur ex ypotheſi a ſit mi nus d erit prima pars b c equalis ipſi a tota pars aliquota aut tot ſimiles ptes aliquote pme partis e f equalis d ſicut a eſt d ⁊ ſimiliter ſecūda reſpectu ſecunde: et ſic ꝯñr ſi plures fuerint Si igitur pri ma pars fuerit tota pars aliquota prime ſicut a reſpectu d ⁊ ſic cōſequenter per. 10. huius totus b c erit tota pars aliquota totius e f ſicut pma pars eius reſpectu prime partis e f et p conſequēs ſicut a reſpectu d quod eſt propoſitum. Si aūt prima pars b c fuerit tot ſimiles partes aliquote prime e f ſicut a reſpectu d ⁊ ſic cōſequenter de alijs p. 11. huius totus b c erit tot ſimiles partes aliquote to tius e f ſicut prima pars eius reſpectu prime illius ⁊ p ꝯñs ſicut a reſpectu d patet igit̄ propoſitum.

38 **Si primus fuerit tot ſimiles partes aliquote ſecundi ſicut** tertius quarti fueritq; primus minor tertio erit primus tota pars aliquota aut tot ſimiles partes a liquote tertij ſicut ſecundus quarti.

Sit a b primus numerus tot ſimiles partes aliquote c ſecūdi ſicut d e tertius f quarti ſitq; a b/ minor d e. Tunc dico ꝙ a b eſt tota pars aliquota aut tot ſimiles ptes aliquote d e ſicut c reſpectu f diuido eñ a b adequate in tales partes c q̄ ſint a ⁊ b ⁊ ſic ꝯñr ſi plures fuerint et ſimiliter diuido d e in tales partes f q̄ ſint d ⁊ e ⁊ ſic ꝯſequenter ſi plures fuerint tunc ex ypotheſi tot tales p tes c adequate erunt in a b ſicut ipſius f in d e quare a erit tota pars aliquota a b quota d eſt d e cuȝ igit̄ a b ſit minor d e ex. 29. dignitate a erit minor d ⁊ ex ypotheſi a erit tota pars aliquota c quota d eſt f facio igitur a primū c ſcdm d tertium ⁊ f quartum ⁊ tunc ex precedenti a erit tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote d ſicut c reſpectu f/ſi igit̄ fuerit tota pars aliquota cum totus a b ſit adequate ꝯpoſitus ex tot partibus equalibus a ſicut d e ex partibus equalibus d p. 10. huius tot a b erit tota pars aliq̄ta totius d e ſicut a reſpectu d ⁊ per ꝯñs ſicut c reſpectu f ꝙ ē ꝓpoſitū. Si aūt a fuerit tot ſimiles partes aliquote d ſicut c reſpectu f per idē ex. 11. huius totus a b erit tot ſimiles partes aliquote totius d e ſicut a reſpectu d et per conſequens ſicut c reſpectu f.

Co. **Ex preſenti et ex precedēti euidēter ſequitur ꝙ ſi primus fue**rit tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote ſecūdi ſicut tertius quarti ⁊ primus ſit minor

tertio erit pꝛimus tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote tertij ſicut ſecundus quarti. Et ſi pꝛimus fuerit maioꝛ tertio tertiꝰ erit tota ꝑs aliquota aut tot ſimiles ꝑtes aliq̄te pꝛimi ſicut quartus ſecundi. Pꝛima pars huius apparet ex coꝛ: q2 ſi pꝛimus ſit tota pars aliquota ſecundi quota tertius quarti. Eadem erit demonſtratio ſicut precedentis ⁊ ſi tote eadem erit ſicut demonſtratio preſentis. Secunda aũt pars eodem modo apparet faciendo alio oꝛdine ex tertio pꝛimum et ex quarto ſecundum ⁊ ex pꝛimo tertium ⁊ ex ſecundo quartum. ¶ Hic aduerte ꝙ eſto ꝙ in quibuſcunqꝫ in quibus pꝛimum eſt cõmenſurabile tertio ſimilia verificentur hijs que precedens ⁊ pñs ⁊ eiꝰ coꝛrelariũ in numeris ꝓponunt tamen ibi non ꝓponimus illa demonſtranda in alijs a numeris: quia nõ poſſunt ſimiliter in alijs demonſtrari ſicut in numeris niſi ſupponeretur vnũ cuius demonſtratio in .8. apparebit videlicet ꝙ ſi aliqua ſint ꝯmenſurabilia quicq̄d eſt cõmenſurabile vni eoꝛuꝫ eſt alteri commenſurabile. Sed vniuerſaliter hoc ex .54. ⁊ .55. ſuppoſitionibus ſcdi et ex permutata ꝓpoꝛtionalitate et ex pꝛima huius cum pꝛima ſcdi faciliime poterunt demonſtrari.

39 **Si pꝛimus numerus pluries contineat ſecundum ꝗ̄ tertius** quartum tertius nullam partem aliquotam quarti totiens aut pluries continebit ꝗ̄ pꝛimus ſimilem partem aliquotam ſecundi contineat.

Sit a pꝛimus numerus qui pluries contineat b ſecundum ꝗ̄ c tertius continet d quartũ. Tunc dico ꝙ c nullam partẽ aliquotam d totiens aut pluries ꝯtinet ꝗ̄ a ſimilẽ aliquotam b contineat: quia dato oppoſito ſit e pars aliquota d et f tota pars aliquota b ⁊ c totiens aut pluries contineat e ꝗ̄ a ꝯtineat f conſtat tunc f eſſe in a ſecundum numerum ſecundum quẽ multiplicata producit b totiens quotiens b eſt in a modo e non reperitur in c ſecundum illum numerũ vel maioꝛem quia ex quo e eſt tota pars aliqua d quota f eſt b multiplicata per illum numerũ produceret d totiens quotiens f multiplicata per illuꝫ producit b ⁊ per ꝯñs totiens quotiens b reperitur in a aut pluries ⁊ per ꝯñs d totiens aut pluries eſſet in c ꝗ̄ b in a quod eſt contra ypotheſim non ergo reperitur e ſecũdũ illum numerum vel maioꝛem in c ſecundum quem f reperitur in a vnde conſtat ꝓpoſitum.

1.co **Ex pꝛeſenti conſtat ꝙ ſi pꝛimus nũerus pluries ꝯtineat ſcdm** ꝗ̄ tertius quartum pꝛimus quamlibet partẽ aliquotam ſecũdi pluries ꝯtinebit ꝗ̄ tertius ſimilẽ ꝑtẽ aliquotam quarti ꝯtineat ſi quartus talẽ ꝑtem aliquotã habeat. Cõſimilis eſt penitus demonſtratio

2.co **Patet vltra ꝙ in quibuſcunqꝫ alijs a numeris ſimilia verificentur** hijs que preſens cum coꝛrelario in numeris ꝓponunt.

40. **Si pꝛimus ſit tot ſimiles ꝑtes aliquote ſecundi ſicut tertius** quarti ⁊ pꝛimus non ſit pars aliquota ſecundi tertius non erit ꝑs aliquota quarti. Et ſi tunc pꝛimus ſit pars aliquota ſecundi erit tertius tota pars aliquota quarti.

Sit a b pꝛimus numerus tot ſimiles partes aliquote c ſecundi ſicut d e tertius reſpectu f quarti ſit inſuper a b pars non aliquota c. Tũc dico ꝙ d e eſt pars non aliquota f. Quia capio vnam illarũ partium c in a b que ſit a ⁊ vnã illarum f in d e que ſit d tunc ex ypotheſi a erit tota pars aliquota c quota d eſt f ⁊ totiens etiam a adequate reperietur in a b quotiẽs d in d e/⁊ per ꝯſeqñs a erit tota pars aliquota a b quota d eſt d e/ſi igit̃ d e ſit pars aliquota f capio g cuius a b ſit tota ꝑs aliquota ſicut d e reſpectu f tũc ex .34. huius a erit tota pars aliquota g quota d eſt f/cum igitur ex ypotheſi a ſit tota pars c quota d eſt f ſequitur a eſſe totam partem aliquotam c quota eſt reſpectu g ⁊ per ꝯñs ex .28. dignitate c eſt equalis g. ⁊ per cõſequens totus a b erit tota ꝑs aliq̄ta c q̄ta reſpectu g ⁊ per ꝯñs tota quota d e eſt reſpectu f quod eſt ꝯtra ypotheſim. ¶ Secũdũ ex hoc efficitur noſtrum. Quia ſi ponatur ꝙ a b ſit pars aliquota c conſimiliter cõcludetur ꝙ d e ſit tota reſpectu f ſicut in preſenti concluſum eſt ꝙ a b eſt tota reſpectu c ſicut d e reſpectu f.

Co. **Ex pꝛeſenti conſtat ꝙ in b quibuſcũqꝫ alijs a numeris ſimile** verificatur huic quod preſens in numeris pꝛoponit. Et conſimilis eſt demonſtratio.

41 **Si pꝛimus numerus totiens adequate fuerit ĩ ſecũdo quo**tiens tertius in quarto fueritqꝫ pꝛimus in detracto ex ſecũdo totiens adequate quotiens tertius in detracto ex quarto erit pꝛimus totiens adequate in reſiduo ex ſcdo q̄tiens tertius ĩ reſiduo ex q̄rto

Sit a pꝛimus aliquotiens adequate in b c. ſecũdo ⁊ d. 3. totiẽs adequate in e f. quarto ſit ĩſuper a totiens adequate in b detracto ex b c quotiens d in e detracto ex e f. Tunc dico ꝙ a totiens adequate eſt in c reſiduo b c quotiens d in e reſiduo e f quia poſtꝗ̄ a pluries adequate eſt in b c ⁊ in b adequate ſemel aut pluries numeret b c per g h ⁊ b ꝑ g. tunc ex ypotheſi d numerabit e f per g h ⁊ e per g. duco igitur a in h ⁊ fiat k tũc ex .14. huius aggregatuꝫ ex b ⁊ k erit equale toti b c ⁊ ꝑ ꝯñs ex .17. dignitate c erit equale k. ⁊ per ꝯñs a nũerabit c ꝑ h ⁊ ꝑ ideꝫ eodẽ modo ꝯcludes ꝙ d nũeret f per h quo habito ſequitur ꝙ a totiẽs adeq̄te reperietur in c quotiẽs d in f quod eſt ꝓpoſitum.

Co. **Ex pꝛeſenti apparet ꝙ in quibuſcunqꝫ verum habet quod cõ**cluſio in numeris ꝓponit. Et eadem eſt demonſtratio.

42 **Quoꝛumcunqꝫ duoꝛum numeroꝛum inequalium minoꝛ eſt** pars aliquota maioꝛis aut ipſo ex maioꝛi detracto quo ad poſſit q̄d remanebit erit illiꝰ minoꝛis ꝑs a-

liquota aut ptes aliquote equales non cõmunicantes ſũpte ſcðm ipſum ⁊ denoīate a minori illoꝝ.
Hoc ideo eſt quia quibuſcunqꝫ talibus datis ſi maioꝛ ſit multiplex minoris ex terminis minoꝛ erit maioris pars aliquota. Si autem maioꝛ non ſit multiplex minoris tunc ex .15. petitione minori ex maiori detracto quo ad poſſit ſupererit minoꝛ numerus illo minori qui per pꝛimam huius ſe habebit ad minoꝛem ſicut pꝛeſens ꝓponit patꝫ igitur propoſitum.

Co. **Ex pꝛeſenti conſtat ꝙ quoꝛumcũqꝫ duoꝛum cõmenſurabiliũ** inequaliuꝫ minus eſt pars aliquota maioris aut ipſo ex maiori detracto quo ad poſſit quod ſupererit erit illius minoris ps aliquota aut ptes aliquote equales nõ cõmunicantes. ¶ Quia quibuſcunqꝫ talibus datis ſi minus non ſit ps aliquota maioris ſit b maius illoꝝ ⁊ c minus ⁊ a cõmunis menſura illis tũc b erit multiplex ad a / quia erit maius a ab ipſo numeratũ ⁊ c etiam erit multiplex ad a. quia ex ypotheſi nõ poterit eſſe equale a nec c minus erit. ꝫ eo maius ⁊ quia ab ipſo numeratur per .12. petitionem c erit multiplex ad a ⁊ p .15. petitionẽ c detracto ex b quo ad poſſit remanebit minus c ſubſtrahatur ergo c ex b ſemel tunc illud quod remanebit erit multiplex ad a vel illi equale : quia alias accideret oppoſitum .5. correlarij .20. huius ſubſtrahatur igitur iterũ ſemel c ex illo reſiduo ſi poſſit tunc per idẽ quod remanebit erit multiplex ad a vel illi equale ⁊ ſic ↄ̄ſr continget quo ad non amplius poterit fieri ſubſtractio cum igitur tandẽ vt ꝓbatum eſt per talem ſubſtractionẽ deueniet̃ ad aliqđ minus c. a q̃ nõ ãplioꝛ poterit fieri ſubſtractio cũ ad illud deuentũ fuerit erit illud eq̃le a vł multiplex ad a vt ꝓbatũ eſt. Et ſi eq̃le a erit ps aliq̃ta c ⁊ ſi multiplex ad a erit ptes equales ipſi a nõ cõmunicãtes quare cũ a ſit pars aliquota c erit partes aliquote c eq̃les nõ cõmunicãtes qđ ẽ ꝓpoſitũ.

43 **Si pꝛimus ſit tot ſimiles partes aliquote ſecũdi ſicut terti⁹** quarti fueritqꝫ pꝛimus pars non aliquota ſecundi quotiens pꝛimus erit in ſecũdo totiens adequate tertius erit in quarto. Et quod ſuperit in ſecundo erit tota pars aliquota vel tot ſimiles partes aliquote pꝛimi ſicut quod ſupererit in quarto reſpectu tertij.

Sit a b pꝛimus tot ſimiles partes aliquote c ſecundi ſicut d e tertius f quarti ſit inſ̃r a b. pars non aliquota c. ¶ Tunc dico pꝛimo ꝙ totiens a b eſt in c quotiens d e in f. Dico ſecũdo ꝙ aliquid vltra ſuperit in c ſimilit̃ ⁊ aliquid vltra in f ⁊ quod ſupererit in c erit tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote a b ſicut quod ſupererit in f reſpectu d e. ¶ Pꝛimum patꝫ diuido ab adequate in tales partes c quarum pꝛima ſit a ⁊ ſimiliter diuido d e adequate in tales partes f quarum vna ſit d tunc ex ypotheſi tot tales ptes aliquote c adequate reperientur in a b ſicut reperiẽtur in d e reſpectu f ⁊ per ↄ̄ñs a erit tota pars aliquota a b ſicut d reſpectu d e ⁊ ex ypotheſi a erit tota pars aliquota c quota d eſt f ſi igitur a b pluries ſit in c q̃ d e in f aut econtra cũ a totiens adequate ſit in c ſicut d in f accideret oppoſitum .39. huius qđ eſt impoſſibile patꝫ igit̃ pꝛimum. ¶ Secundum aũt patet qꝛ per .40. huius d e erit pars non aliquota f quemadmodũ a b eſt pars nõ aliquota c quare per precedentem detracto a b ex c quo ad poſſit aliquid remanebit quod erit pars aliquota aut partes aliquote a b ⁊ per eandẽ ſubſtracto d e ex f quo ad poſſit aliquid remanebit qđ erit pars aliquota aut partes aliquote d e ſubſtrahatur: ergo a b quo ad poſſit ex c ⁊ totum qđ ſubſtrahetur ſit g ⁊ reſiduũ h ſubſtrahatur inſuper d e ex f quo ad poſſit ⁊ totum ſubſtractum ſit k ⁊ reſiduum l. ↄ̄ſtat tunc a b totiens adequate eſſe in g quotiens d e in k. Dico igitur tunc ꝙ h eſt tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote a b ſicut l reſpectu d e. Quia diuidã a b in tales partes c adequate quaruꝫ vna ſit a ſimiliter ⁊ d e in tales partes f quarum vna ſit d tunc ex ypotheſi a totiens adequate in a b quotiẽs d in d e ⁊ a b totiens in g quotiens d e in k quare per correlariũ ſcðm .34. huius a erit totiens adequate in g quotiens d in k cum igit̃ a totiẽs etiam adequate ſit in c toto quotiens d in f toto ex antecedenti a totiens adequate erit in h reſiduo ſicut d ĩ l ſi igit̃ a ſit equalis h. d erit equalis l ⁊ ſi a ſit minoꝛ h d erit minoꝛ l ⁊ erit totiens adequate in l ſicut a in h ſed a probatus eſt tota pars aliquota a b ſicut d reſpectu d e. ergo h erit tota pars aliquota aut tot ſimiles ptes aliquote a b ſicut l. reſpectu d e patet igitur ſecundum.

1.co **Ex pꝛeſenti conſtat ꝙ ſi pꝛimus fuerit tot ſimiles partes ali**quote ſecundi ſicut tertius quarti fueritqꝫ pꝛimus pars non aliquota ſecundi erit ⁊ tertius pars nõ aliquota quarti ⁊ pꝛimus totiens adequate poterit ſubſtrahi ex ſcðo ſicut tertius ex quarto ⁊ quod ſupererit ex ſecundo erit tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote pꝛimi ſicut quod ſupererit ex quarto reſpectu tertij. Hec omnia ex pꝛeſenti ⁊ ex .36. dignitate manifeſte conſtat.

2.co **Patet vltra ꝙ in quibuſcunqꝫ verificantur ſimilia hys que** pꝛeſens cum correlario in numeris proponunt. Conſimilis enim eſt demonſtratio.

44 **Si pꝛimo totiens dempto de ſecundo quo ad poſſit ⁊ totiens** detracto tertio d e quarto tota pars aliquota vel tot ſimiles partes aliquote pꝛimi relinquant̃ ex ſecundo ſicut relinquũt̃ ex quarto reſpectu tertij erit pꝛimus tot ſimiles ptes aliq̃te ſcði ſicut t̃ti⁹ q̃rti

Hec eſt conuerſa pꝛecedentis ſit igitur ita ꝙ a pꝛimo totiens detracto ex b c ſecundo quo ad poſſit remaneat c ex illo ſecũdo ⁊ totum quod aufferret̃ ſit b ⁊ d tertio totiens ſubſtracto ex e f quarto remaneat f ex illo quarto ⁊ totum quod ſubſtrahetur ſit e ⁊ ſit c tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote a ſicut f reſpectu d / ↄ̄ſtat tunc a totiẽs adequate eſſe in b quotiẽs d in e. Tunc dico ꝙ a eſt tot ſimiles partes aliquote reſpectu totius a b ſicut d reſ-

pectu totius d f. Quia ſi ſit c tota pars aliquota a quota f reſpectu d per ſcdm correlarium .34. huius e totiens adequate erit in b ſicut f in e et per ꝯñs per .15. huius e erit tota pars aliquota b e quota f reſpectu totius e f cum igitur ex ypotheſi a tot partes equales e adequate contineat ſicut d reſpectu f erit a tot ſimiles partes aliquote totius b e ſicut d reſpectu e f. Si aũt e nõ ſit pars aliquota a ſed partes aliquote erit ex ypotheſi f tot ſimiles ptes aliquote d capio igit̃ vnam illarum partiũ a in e q̃ ſit g et vnam illarum d in f q̃ ſit h erit tũc ex ypotheſi g totiẽs adequate in a quotiens h in d et ẽt a totiens adequate eſt in b quotiens d in e quare ex ſcdo correlario .34. huius g totiẽs adequate in b quotiens h in e cum igitur g etiam ex ypotheſi ſit totiens adequate in e quotiens h in f p .15 huius g erit tota pars aliquota totius b e quota h totius e f et quia g ex ypotheſi eſt tota ps aliqta a quota h reſpectu d. a erit tot ſimiles partes aliquote totius b e ſicut d reſpectu e f vnde totum ꝯſtat propoſitum. ¶ Aliqui in demonſtratione huius aſſumunt hoc vnũ tanq̃ notũ vz ꝙ poſſit capi aliquis numerus vt puta g qui ſit tote partes f quote a eſt reſpectu b e. Hoc tñ multum dubium eſſe poteſt.

44. **Ex preſenti ꝯſtat ꝙ in quibuſcunq; verum habet ſimile huic** quod ipſa in numerus proponit. Conſimilis eſt enim in quibuſcuſcumq; demonſtratio.

45. **Si trium numerorum tertius in productum ex primus ducat̃** tñ ꝓducet̃ ſicut ex primo in ꝓductũ ex alijs duob⁹ et tñ etiã ſicut ex ſcdo in ꝓductũ ex alijs duob⁹.

Sint a primus b ſecũdus et c tertius et ex a in b fiat d et e fiat ex c in d ſed ex c in b fiat f et ex f in a fiat g et ex c in a fiat h et ex h in b fiat k conſtat tunc ex .13. huius ꝙ g fit ex a in f et k ex b in h dico g e g et k eẽ eq̃les qr ex t̃minis c nũrat f p b et f nũerat g p a g ex .21. h⁹ c numerat g p productum ex a in b qui ex ypotheſi eſt d. Et quia etiam c numerat h p a et h numerat k per b p eandem c numerat k p ꝓductum ex a in b qui eſt d. Et quia ex terminis c numerat c per d. c numerabit illos tres ſcilicet c g et k per eundem numerum ergo per .6. petitionem illi tres ſũt eq̃les.

46. **Si quotcunq; numerorum primus in ſecundum ducatur et** inde productus in tertium et iterum ꝓductus inde in quartũ et ita deinceps vſq; ad vltimũ vltimus productus erit equalis vltimo qui produceretur ſi aliorum duorum a primis vnus in alterũ ducatur et productus inde in aliũ illorum et ita deinceps quo ad nullus relinquatur.

Quod precedens de tribus numeris propoſuit hec de quotcũq; pluribus proponit ipſam tamen in quatuor numeris demonſtrabo et ex ꝯſiti de quotcunq; pluribus poterit ꝓportionabilit̃ demonſtrari. Sint igit̃ quatuor nũeri a primus b ſecundus c tertius et d quartus et ex a in b fiat e et f ex e in c et ex f in d fiat g et ex alia parte ex b in c fiat h et ex h in d fiat k et ex k et a fiat l. Tunc dico ꝙ g eſt equalis l. Quia ex .13. huius et ex terminis ipſe d numerat k per h et k numerat l per a: ergo ex .21. huius d numerat l p ꝓductũ ex a in h: ſed per p̃cedentem et per .13. huius productũ ex a in h eſt equale producto ex c in e q̃ ex ypotheſi eſt f: ergo d numerat l p f et quia ex terminis et ex ypotheſi et ex .13. huius d numerat g p f per .6. petitionem g erit equalis l quod eſt propoſitum. Et ſi ab alijs duobus inciperet talis multiplicatio conſimilit̃ poteris probare d numerare vltimum productum p f. Et ſi ſumant̃ quinq; numeri facta primo demonſtratione in quatuor eodẽ modo concludes vltimum illorum nũerare vltimum ꝓductum in quocunq; alio ordine per eundẽ numerum ſicut numerat vltimum productũ in primo ordine. Et ꝓportionabilit̃ ſi quotcũq; plures ſumant̃.

47 **Si duorum numerorum iuxta ſe poſitorum quorũ nullus** eſt vnitas minor ducat̃ in aliquem quocunq; illorum maiorẽ cuius ad maiorem differentia ſit maior vnitate maius producet̃ q̃ ex maiori illorum per ſe multiplicato.

Sint a numerus minor et b maior iuxta ſe poſiti quorum nullus ſit vnitas et ſit c maior b et exceſſus ipſius ſupra b ſit maior vnitate qui ſit d. Tunc dico ꝙ ex a in c maius producitur q̃ ex b in ſe. Hoc autem ſic probatur. Sit enim e maior b ſola vnitate conſtat tunc ipſum eſſe minorem c quare per .14. huius ex a in c tñ fiet ſicut ex a in e et ex a in differentiam c ad e quare ꝓductum ex a in c exuperabit productũ ex a in e per productum ex a in d ſaltẽ ad e quod erit equale a vel eo maius et per ꝯñs mai⁹ vnitate cum igitur per correlarium .28. huius quod fit ex b in ſe preciſe addat vnitatẽ ſupra id quod fit ex a in e maior erit exceſſus ꝓducti ex a in c ſupra productum ex a in e q̃ producti ex b in ſe ſupra productum ex a in e et per conſequens productum ex a in c maius erit producto ex b in ſe quod eſt propoſitum.

48. **Si duorum numerorum quorum nullus eſt vnitas ſed alter** eſt maior binario alter in alterum ducatur productus inde erit maior q̃ compoſitus ex illis.

Sint a et b duo numeri quorum nullus ſit vnitas ſed a ſit maior binario et ſit c ꝯpoſit⁹ ex a et b et d ꝓductus ex a in b. Tunc dicõ ꝙ d eſt maior c. Quia ſi a ſit equalis b tunc b preciſe bis erit in c. et quia per .13. huius ex b in a fit d ex diffinitione multiplicationis b totiens erit in d quotiens vnitas in a. et per ꝯñs pluries q̃ bis quare d erit maior c. Si aũt a et b ſint inequales per ſecundũ correlarium .5. huius c erit minus q̃ duplum ad maiorem illorũ: et per ꝯñs maior illorum non pluries erit in c cũ igit̃ c fiat ex q̃libz illorũ in alterũ ex terminis maior illorum totiens eſt in d quotiens vnitas in minori illorũ ſed ex ypotheſi in minori illorum vnitas ẽ bis aut pluries: ergo maior illorum erit bis aut pluries in d. et per conſequens d eſt maior c quod eſt propoſitum.

¶ Primi elementorum arithmethices Gaſparis Lax finis.

¶ Secundi Elementorũ arithmetices Gaſparis Lax.
¶ Diffinitiones.

1 PRoportio Eſt duorum comparatorũ in aliquo vtriq; communi in quo maioritas vel minoritas equalitas aut inequalitas proprie vel improprie reperitur vnius ad alterum habitudo.

2 Antecedens alicuius proportiõis Eſt terminus ex cuius comparatione ad alterum proportio illa prouenit.

3 Conſequens autem alicuius ꝓportionis eſt terminus proportionis que ex comparatione alterius ad illum prouenit.

Proportionũ quedã ẽ ꝓportio equalitatis ⁊ q̃dã iequalitatis

4 Proportio equalitatis eſt duoꝝ equaliũ vni⁹ ad alteꝝ hitudo

5 Proportio autem inequalitatis eſt duorum inequaliũ vnius ad alterum habitudo.

Proportionum inequalitatis Quedam maioris inequalitatis Et quedam minoris inequalitatis.

6 Proportio maioris inequalitatis Eſt duorum inequaliũ maioris ad minus habitudo.

7 Proportio autem minoris inequalitatis Eſt duorũ inequalium minoris ad maius habitudo.

8 Proportiones dicuntur eiuſdem rationis quarũ quelibet eſt equalitatis aut quelibet maioris inequalitatis aut quelibet minoris inequalitatis.

9 Proportio illa dicitur pars alterius que eſt eiuſdem rationis cũ illa ⁊ ambo t̃mini ipſius īter t̃mīos alterius īterciplũt vel vn⁹ tm̃ ⁊ alius alicui alterius eſt eq̃lis

10 Proportio aũt dicitur cũ alia ꝯmunicare q̃n eſt eiuſdẽ rationis cũ illa ⁊ vnus terminus illius intercipit̃ inter terminos alterius vel vn⁹ alteri⁹ īter t̃minos eius

11 Tunc ꝯtinentia numeri in nũero aut alicuius q̃ꝫcũq; fuerit in aliquo ſibi cõmenſurabili equalis ẽ ꝯtinentie q̃titatis ꝯtinue in q̃titate cõtinua q̃n nũerus ille eſt equalis illi ſicut q̃titas ꝯtinua q̃titati ꝯtinue vel eſt tota pars aliquota aut ſimiles ꝑtes aliquote illius ſicut illa q̃titas ꝯtinua illius cõtinue. ¶ Tũc aũt ꝯtinẽtia alicuius in aliquo ſibi incõmẽſurabili equalis eſt ꝯtinentie q̃titatis ꝯtinue ĩ alia q̃titate ꝯtinua cũ illud ꝯtinetur in illo ſicut ⁊ illa q̃titas continua in alia ⁊ nullam partem aliquotã illius pluries continet illud q̃ ſimilem partem aliquotam illius q̃titatis continue contineat alia neq; econuerſo.

12 Tunc cõtinentia prime q̃titatis cõtinue in ſecunda equalis eſt continentie tertie in quarta cum illa ꝯtinetur in ſecũda ſicut ⁊ tertia ĩ quarta ⁊ nulla pars aliquota illius pluries continetur in ſecunda q̃ ſimilis pars aliquota tertie in quarta nec econuerſo nec prima pluries continetur in ſecunda q̃ tertia in quarta nec econuerſo.

13 Tunc autem continentia prime q̃titatis continue in ſecũda maior eſt continentia tertie in quarta cum prima pluries continetur in ſecunda q̃ tertia in quarta vł aliqua pars aliquota prime pluries continetur in ſcða q̃ ſimilis pars aliquota tertie in quarta. Tũc autem minor eſt cum econtrario contingit.

14 Tunc continentia primi in ſcðo equalis eſt cõtinẽtie tertij in quarto cum continentia q̃titatis continue in quantitate continua equalis continentie primi in ſecundo eſt equalis continentie q̃titatis in q̃titate continua equali continentie tertij in quarto. Tunc autem eſt maior q̃n talis eſt maior tali ⁊ tunc minor quando minor.

15 Proportiones ille ſunt ſimiles aut equales inter ſe que ſunt eiuſdem rationis ⁊ termini minores earũ equalr̃ in maioribus corũdem ꝯtinẽtur vel cum illarum termini ſũt inter ſe equales Diſſimiles aũt ⁊ īequales ſũt q̃ ſũt diuerſaꝝ rõnũ aut cõtinẽtia termini minoris vnius illarum in maiori eiuſdẽ eſt inequalis continentie minoris alterius in maiori eiuſdem.

16 Proportionũ maioris inequalitatis illa eſt altera maior cuius termini minoris in maiori ꝯtinentia eſt maior ꝯtinentia termini minoris alterius ĩ maiori eiuſdẽ. Et talium illa ẽ alt̃a minor cui⁹ ꝯtinẽtia t̃mini minoris ĩ maiori minor ẽ ꝯtinẽtia t̃mini minoris alt̃i⁹ ĩ maiori eiuſdẽ

17 Proportionum autē minoris inequalitatis illa eſt altera maior cuius ꝯtinentia termini minoris in maiori minor eſt continentia termini minoris alterius in maiori eiuſdē. ¶ Et taliū illa eſt altera minor cuius continentia termini minoris in maiori maior eſt cōtinentia termini minoris alterius in maiori eiuſdem.

18 Proportionalitas eſt ſimilitudo proportionum.

Duplex eſt proportionalitas. quedā ꝯtinua. ⁊ q̄dā diſcōtinua

19 Proportionalitas Continua Eſt ſimilitudo proportionum ꝑ terminum communem medium vel per terminos communes medios copulatarū Et hec inter tres terminos ſed non inter pauciores reperiri poteſt.

20 Proportionalitas Diſcontinua eſt ſimilitudo proportionū non per terminum communem medium aut per terminos communes medios copulatarum. Hec autem inter quatuor terminos ⁊ non inter pauciores inuenitur.

21 Cum continuate fuerint hedem vel diuerſe proportiones dicetur proportio primi ad vltimum ex omnibus compoſita.

22 Proportio dicitur ex aliquibus proportionibus adequate cōponi cū q̄lꝫ illaꝝ eſt illius ps et nulla ꝓportio ē ps illi⁹ qui ſit aliqua illaꝝ vel cū aliqua eaꝝ cōicās.

23 Quantitates quarū proportio eſt vna proportionales nominantur Et numeri quorum proportio eſt vna proportionales dicuntur.

24. Termini proportionales ſunt quorum proportio eſt vna.

Duplices ſunt termini proportionales. Quidam Continuo proportionales. Quidam vero diſcontinuo proportionales.

25 Termini Continuo proportionales ſunt termini proportionales inter quos continua proportionalitas reperitur.

26 Termini autem Diſcontinuo proportionales ſunt termini proportionales inter quos non reperitur continua proportionalitas.

27. Cum fuerint tres termini cōtinuo proportionales dicetur ꝓportio primi ad tertiū vocando p̄mū maximū tāq̄ ꝓportio p̄mi ad ſcđꝫ duplicata tertij aūt ad ſcđꝫ tāq̄ ꝓportio tertij ad p̄mū duplicata ⁊ cū fuerint q̄tuor ꝓportio p̄mi ad q̄rtū erit tāq̄ ꝓportio p̄mi ad ſcđm triplicata quarti aūt ad tertiū tāq̄ ꝓportio q̄rti ad p̄mū triplicata ⁊ ꝓportionabilit̄ deinceps.

Sex ſunt ſpecies proportionalitatis vel rectius modi arguēdi in huiuſmodi proportionalitatibus efficaces Ut puta Proportionalitas Conuerſa. Permutata Coniuncta. Diſiuncta. Euerſa. ⁊ Aequa.

28 Conuerſa proportionalitas eſt modus arguendi vbi ex ſimilitudine aliquarū proportionum infertur ſimilitudo ꝓportionū ꝯſītium illarum ad añtia earumdem.

29 Permutata proportionalitas eſt modus arguendi in quo ex ſimilitudine aliquarum proportionum infertur ſimilitudo proportionis antecedentis vnius illarum ad antecedens alterius cum proportione ꝯſequētis illius ad conſequens alterius.

30 Coniuncta proportionalitas Eſt modus arguendi in quo ex ſimilitudine aliquarum proportionuꝫ infertur ſimilitudo proportionis aggregati ex añte ⁊ ꝯñte vnius illarum ad cōſequens eiuſdem cū ꝓportione aggregati ex añte ⁊ ꝯñte alterius ad ꝯñs eiuſdem.

31 Diſiuncta proportionalitas Eſt modus arguēdi in quo ediuerſo ad proportionalitatem coniunctam arguitur vt puta vbi infertur ſimilitudo aliquarum ꝓportionum ex ſimilitudine proportionis aggregati ex antecedente ⁊ conſequente vnius illarum ad conſequens eiuſdem cum proportione aggregati ex añte ⁊ ꝯſequente alterius ad ſuum conſequens.

32 Euerſa proportionalitas Eſt modus arguendi in quo ex ſimilitudine aliquaꝝ proportionū īfert̄ ſimilitudo proportionis aggregati ex añte ⁊ ꝯñte vnius illarū ad añs eiuſdē cū ꝓportione aggregati ex añte ⁊ ꝯñte alterius ad ſuū añs vel vbi ediuerſo arguitur

Euerſa ꝓportionalitas duplex eſt q̄dā ꝯiuncta ⁊ q̄dā diſiūcta

33 Euerſa proportionalitas Coniuncta Eſt modus arguēdi in quo ex ſimilitudine aliquaꝝ ꝓportionū infertur ſimilitudo ꝓportionis aggregati ex añte ⁊ ꝯñte vnius illarum ad añs eiuſdem cum proportione aggregati ex añte ⁊ ꝯñte alterius ad antecedēs ſuum.

34 **Euerſa proportionalitas diſiuncta Eſt modus arguendi in** quo e diuerſo ad pportionalitatē euerſā ꝯiunctā arguitur vt puta vbi infert ſimilitudo aliquarum pportionū ex ſimilitudine proportionis aggregati ex antecedente ⁊ conſequente vnius illarum ad añs eiuſdem cū proportione aggregati ex antecedente ⁊ conſequente alterius ad antecedens eiuſdem.

35 **Equa proportionalitas eſt modus arguendi in quo ex ſimili**tudine aliquarum pportionum proprie vel iproprie ꝯtinuatarum cū totidē alijs eodē mō ꝯtinuatis directe vel idirecte repta infert ſimilitudo pportionis pmi añtis vnius illarum ꝯtinuationū ad vltimū ꝯñs eiuſdem cum proportione pmi añtis alterius continuationis ad vltimum conſequens eiuſdem.

Duplex eſt pportionalitas equa q̄dā directa et q̄dā idirecta.

36 **Directa proportionalitas Equa eſt modus arguendi vbi ex** ſimilitudine aliquarum proportionū pprie vel improprie ꝯtinuatarum cum totidem alijs ſimiliter continuatis directe reperta infertur ſimilitudo proportionis primi antecedētis vnius illarum continuationum ad vltimū ꝯñs eiuſdem cum proportione primi antecedētis alterius ad vltimū ꝯñs eiuſdem

37 **Indirecta proportionalitas equa Eſt modus arguēdi vbi ex** ſimilitudine aliquarum proportionum proprie vel improprie ꝯtinuatarum cum totidē alijs ſimiliter ꝯtinuatis indirecte reperta infertur ſimilitudo pportionis pmi antecedentis vnius illarū ꝯtinuationū ad vltimū ꝯñs eiuſdem cū proportione pmi antecedētis alterius ad vltimum conſequens eiuſdem.

Circa predictas diffinitiones vt clare earū intellectio appareat aliqua ſuccincte tangam.

Sint a maior terminus, ⁊ b minor ꝓportionati c tertio. Tũc dico ꝙ a ad c maior eſt ꝓportio q̃ b ad c, ⁊ c ad a minor q̃ c ad b. Quia ſi c ſit quolibet illorũ minor, ex. 53. ſuppoſitione cõtinentia c in a maior erit continentia c in b. quare ex. 16. diffinitione ꝓportio a ad c erit maior q̃ b ad c. ⁊ ex. 17. diffinitione c ad b maior q̃ c ad a. Si aũt c ſit quolibet illorũ maior, tunc ex. 53. ſuppoſitione ꝯtinentia a in c erit minor ꝯtinentia b in c. quare ex. 17. diffinitione a ad c erit maior ꝓportio q̃ b/

ad c.⁊ ex.16.diffinitione c ad b maior ꝙ c ad a⁊cd ſi c ſit vno illorum maior ⁊ altero minor cũ nõ poſſit eſſe maior a ⁊ minor b, q2 tunc accideret oppoſitum.4.dignitatis, erit minor a ⁊ maior b/quare ꝓportio a ad c erit maioris ĩequalitatis ⁊ b ad c minoris ⁊ c ad b maioris ⁊ c ad a minoris quare ex.50 ſuppoſitione ꝓportio a ad c erit maior ꝙ ꝓportio b ad c ⁊ c ad b maior ꝙ c ad a. Et ſi c ſit eq̃lis a tũc a ad c erit ꝓportio equalitatis ſimiliter ⁊ c ad a ⁊ b ad c minoris ⁊ c ad b maioris quare ex.50.ſuppoſitiõe a ad c erit maior ꝓportio ꝙ b ad c ⁊ c ad b maior ꝙ c ad a. Et ſi c ſit equalis b tũc a ad c erit proportio maioris ĩequalitatis ⁊ c ad a minoris ⁊ b ad c equalitatis ⁊ c ad b ſimilit̃ equalitatis quare ex.50.ſuppoſitione a ad c erit maior proportio ꝙ b ad c ⁊ c ad b maior ꝙ c ad a cum igit̃ c non poſſit aliter ſe habere ꝙ aliquo iſtorum modorum conſtat totum propoſitum.

5 **Si idem terminus ad duos inequales ꝓportionetur ad quẽ** ipſius maior fuerit ꝓportio minorẽ ⁊ ad quẽ minor maiorẽ eſſe neceſſe eſt ſi duo ĩequales ad eũdẽ tertium ꝯparentur cuius ad illum maior eſt ꝓportio maior erit ⁊ cuius ad ipſum minor erit minor.

Hec eſt conuerſa precedentis ⁊ prima pars patet q2 ex tertia huius proportiones illius ad illos erũt inequales quo habito ſi detur oppoſitum illius ſtatim ſequitur oppoſitũ ſecunde partis p̃cedentis. ¶ Secunda pt3 q2 ex.3.huius proportiones illorum ad illũ tertium erunt inequales ſi igitur detur oppoſitum illius ſequitur oppoſitum prime partis precedentis patet igitur totum propoſitum.

1.co. **Ex preſenti patet ꝙ ſi ex ꝯparatione alicuius ad aliqua duo** ꝓueniant ĩequales proportiones ⁊ ꝯparentur illa ſecundũ eandem rõnem illud ad quod maiorem habebit proportionũ erit minus ⁊ ad quod minorem maius Et ſi ex ꝯparatione duorum ad idem tertiũ ꝓueniant proportiones inequales ⁊ ꝯpararentur ſecundũ eandẽ rõnem illud quod habebit maiorẽ ꝓportionẽ ſupra illud erit maius ⁊ qđ minorẽ min⁹ Eadẽ eñ eſt demõſtratio cũ demõſtratiõe p̃ntis

2.co **Ex hys duabus manifeſte cõſtat ꝙ ſi duorũ inequalium minori inuariatio maius creſcat ꝓportio maioris ad illud minus maiorabit̃ minoris ṽo ad maius minorabitur. Et ſi mai⁹ decreſcat ꝓportio maioris ad minus minorabit̃ minoris vero ad illud maiorabit̃. Et ſi maiori inuariato min⁹ decreſcat ꝓportio maioris ad illud maiorabit̃ minoris vero ad illud minorabitur. Et ſi creſcat proportio maioris ad illud minorabitur illius vero ad maiorem maiorabitur.**

6 **Si maioris duarum ꝓportionũ inequaliũ añs fuerit minus** añte alterius vel illi equale erit ꝯñs illius minus ꝯñte alterius. Et ſi illius conſequens fuerit maius ꝯñte alterius vel illi equale antecedens eiuſdem erit maius antecedente alterius.

Sit a ad b maior ꝓportio ꝙ c ad d ⁊ ſit primo a equale c. Tunc dico ꝙ b eſt minor d q2 ſi ſit illi equalis per.2.huius a ad b erit ea proportio que c ad d quod eſt ꝯtra ypotheſim. Et ſi b ſit maior d per.4.huius a ad b erit minor ꝓportio ꝙ a ad d cum igit̃ per.2.huius a ad d ſit q̃ c ad d erit a ad b minor ꝙ c ad d quod eſt ꝯtra ypotheſim. ¶ Sit ſc̃do a minor c. Tunc dico b eſſe minorẽ d quia ſi ſit equalis d ꝑ.2.huius a ad d erit vt a ad b cum igit̃ ꝑ.4.huius c ad d ſit maior ꝓportio ꝙ a ad d erit c ad d maior ꝙ a ad b quod eſt contra ypotheſim. Et ſi b ſit maior d ꝑ.4.hui⁹ a ad d erit maior ꝓportio ꝙ a ad b cũ igit̃ ꝑ eãdem c ad d ſit maior ꝙ a ad d a fortiori c ad d erit maior ꝙ a ad b quod iterũ eſt contra ypotheſim. ¶ Sit tertio b maius d vel illi equale. Tunc dico ꝙ a eſt maius c, quia dato oppoſito ſtatim ſequitur oppoſitum prime partis huius in forma.

7 **Si primum ad ſecundum fuerit maior proportio ꝙ tertij ad** quartum erit ſecũdi ad primum minor proportio ꝙ quarti ad tertium.

Sit a p̃mi ad b ſecundũ maior ꝓportio ꝙ c tertij ad d quartum. Tũc dico ꝙ b ad a eſt minor proportio ꝙ d ad c. Quia ſi vtraq3 illarum ſit maioris inequalitatis ex.16.diffinitione maior erit ꝯtinẽtia b in a ꝙ d in c quare ex.17.diffinitione b ad a minor erit ꝓportio ꝙ d ad c quod eſt ꝓpoſitum. Si aũt vna illarum fuerit maioris ĩequalitatis ⁊ altera minoris pt3 ꝙ a ad b ſit proportio maioris inequalitatis ⁊ c ad d minoris. q2 alias accideret oppoſitum.50.ſuppoſitionis ⁊ ꝑ ꝯñs b ad a eſſet proportio minoris inequalitatis ⁊ d ad c maioris quare ex.50.ſuppoſitione proportio b ad a minor erit ꝙ d ad c. Et ſi vna fuerit maioris ĩeq̃litatis ⁊ alt̃a eq̃litatis ꝓportio a ad b erit maioris ĩeq̃litatis q2 alias cõtingeret oppoſitum.50.ſuppoſitionis ⁊ per ꝯñs b ad a eſſet proportio minoris inequalitatis ⁊ d ad c equalitatis quare ex.50.ſuppoſitiõe ꝓportio b ad a minor erit ꝙ d ad c. Et ſi vna ſit ꝓportio equalitatis ⁊ altera minoris ĩequalitatis proportio a ad b debebit eſſe equalitatis ⁊ c ad d minoris ĩequalitatis alias ꝯtingeret oppoſitũ.50.ſuppoſitionis ⁊ ꝑ ꝯñs ꝓportio b ad a erit equalitatis ⁊ d ad c maioris ĩequalitatis quare ex.50.ſuppoſitione ꝓportio b ad a minor eſt proportione d ad c cum igitur non poſſint aliter ſe habere patet totum propoſitum.

8 **Si duarũ proportionũ equaliũ añs vnius fuerit maius añte** alterius erit ⁊ conſeq̃ns eiuſdẽ ꝯñte alterius maius. Et ſi minus minus ⁊ ſi equale equale. Et ſi cõſequens vnius fuerit maius ꝯñte alteri⁹ erit añs eiuſdẽ mai⁹ añte alti⁹ ⁊ ſi minus min⁹ ⁊ ſi eq̃le eq̃le.

Sit a ad b ea ꝓportio que c ad d ⁊ ſit primo a maius c. Tunc dico ꝙ b eſt maius d. Quia ſi b ſit equale d tunc ꝑ.2.huius a ad b eſſet vt a ad d cũ igitur per.4.huius a ad d ſit maior proportio ꝙ c ad d eſſet a ad b maior ꝙ c ad d quod eſt contra ypotheſim. Et ſi b ſit minor d ꝑ.4.huius

a ad b erit maior ꝓportio ꝙ̄ a ad d cū igitur ꝑ eandē a ad d ſit maior ꝓportio ꝙ̄ e ad d/a fortiori a ad b erit maior ꝙ̄ c ad d quod eſt cōtra ypotheſim. ¶ Sit ſecundo a minus c. Tunc dico ꝙ b eſt minus d qꝛ per primam partem preſentis d erit maius b. ¶ Sit tertio a equale c. Tunc dico ꝙ b eſt equale d. Hoc ex ſcd̄o correlario. 3. huius ꝯſtat. patēt igiꝭ tria p̄ma in ꝓpoſitione ꝓpoſita. Alia aūt ex hijs euidēter ꝯſtant dato cū oppoſito alicuius illorum ſtatim ſequitur oppoſitum alicuius iſtorum.

9 **Si primi ad ſecundum fuerit ea ꝓportio que tertij ad quartum erit conuerſim ſecundi ad primum vt quarti ad tertium conſimilis proportio.**

Hec oſtendit modum arguendi qui dicitur conuerſa ꝓportionalitas valere Sit igiꝭ a p̄mi ad b ſcd̄m ea ꝓportio que c tertij ad d quartuꝫ. Tunc dico qꝛ b ad a eſt que d ad c. Naꝫ ſi a ſit equalis b ex p̄ma huius c eſt equalis d quare ex terminis tam b ad a ꝙ̄ d ad c eſt ꝓportio equalitatis ⁊ per ꝯñs ille erunt equales. Et ſi a ſit maior b ꝑ p̄mam huius c eſt maior d. ⁊ ex terminis ꝯtinentia b in a eſt equalis ꝯtinentie d in c ergo ex terminis b ad a vt d ad c. Si autē a ſit minor b ꝑ primā huius c eſt minor d ⁊ ex terminis ꝯtinentia a in b equalis continentie c in d ergo ex terminis proportio b ad a que d ad c quod eſt propoſitum.

10 **Si quotcūq̄ termini primo ordīe diſponāꝭ totidēq̄ alij ſcd̄o** ordine diſponantur fueritq̄ primi ad ſecundum in primo ordine ea proportio que primi ad ſecunduꝫ in alio ⁊ ſecundi ad tertium ea que ſecundi ad tertium. Et ita deinceps erit primi ad vltimū in primo ordine que primi ad vltimum in ſecundo.

Hec oſtendit modū arguēdi qui dicitur equa ꝓportionalitas directa valere tpſā tñ demonſtrabo Et imp̄mis ſi in vtroq̄ ordine ꝑciſe tres termini ſumātur ꝓpoſtea vero oñdam qualiꝭ ſit ꝓcedendū ad oñdum ꝓpoſitum ſi plures vndiquaq̄ ſumanꝭ. Diſponanꝭ igitur p̄mo ordine a b c termini quicūq̄ fuerint ⁊ diſponantur ſcd̄o ordīe d e f termini quicūq̄ fuerit etiam ⁊ ſit a ad b vt d ad c ⁊ b ad c vt e ad f erit tūc cōuerſum b ad a vt e ad d ⁊ c ad b vt f ad e. Dico igitur ꝙ a ad c vt d ad f. Et ad hoc oñdendū dico ꝙ in tali caſu ſi a eſt maius c d eſt maius f ⁊ ſi minus minus ⁊ ſi equale equale qꝛ ſi a ſit maius c ꝑ. 5. huius ꝓportio c ad d eſt minor ꝙ̄ a ad b ⁊ ex ꝯñti ꝙ̄ d ad e cū igiꝭ f ad e ſit q̄ c ad b erit f ad e minor ꝙ̄ d ad e ergo ꝑ p̄mum correlariū. 5. huius d eſt maius f ſi aūt a ſit minus c ꝑ. 5. huius ꝓportio c ad b eſt maior ꝙ̄ a ad b quare ⁊ ꝙ̄ d ad e ⁊ ex ꝯñti f ad e erit maior ꝙ̄ d ad e ergo ꝑ primū correlariū. 5. huius d eſt minus f ⁊ ſi a ſit equale c ꝯſtat d eſſe eq̄le f alias enim accideret oppoſitum alicuiꝰ iſtoꝝ q̄ ſtatim demonſtrata ſunt faciendo ex ſcd̄o ordine primū ⁊ ex p̄ſo ſcd̄ꝫ Hoc igiꝭ ꝓbato ptꝫ qꝺ ꝓpoſitū eſt. ¶ Et imp̄mis ptꝫ illud vbi duo illoꝝ terminorum in eodē ordine eſſent equales qꝛ ſi a ſit equale b ex prima huius d eſt equale e quare ꝑ. 2. huius a ad c vt b ad c ⁊ d ad f/vt e ad f/cum igiꝭ b ad c vt e ad f erit a ad c/vt e ad f. quare ⁊ vt d ad f. ¶ Et ſi b ſit equale c ꝑ p̄mā huius e eſt eq̄le f q̄re ꝑ. 2. huiꝰ a ad c vt a ad b q̄re ⁊ vt d ad e ſed ꝑ. 2. huius d ad e vt d ad f ergo a ad c vt d ad f. ¶ Et ſi a ſit equale c ꝑ dictū ſtatim d erit equale f/eſt igitur a ad c vt d ad f patet igitur propoſitum vbi in aliquo duorum ordinum duo termini ſunt equales.

Jam ꝓbatur vbi nulli vnius ordinis ſunt equales Et imprimis vbi a eſt maius b qꝛ tunc ꝑ p̄mam huius d erit maius e vel igitur b eſt maius c vel eo minus Si maius ex eadē e eſt maius f quare tota ꝓportio a ad c adequate ꝯponetur ex ꝓportionibus a ad b ⁊ b ad c/⁊ tota d ad f ex ꝓportionibus d ad e ⁊ e ad f cum igiꝭ ex ypotheſi prime ꝑtes illarum ſint eq̄les ſimiliter ⁊ ſcd̄e erunt ꝑ. 17. ſuppoſitionem ille equales. ¶ Si aūt b ſit minus c ꝑ p̄mam huius e eſt minus f vel ergo c eſt minus a vel maius Si minus ꝑ dictū ſtatim f eſt minus d quare tota ꝓportio d ad e adequate ꝯponetur ex ꝓportionibus d ad f ⁊ f ad e ſicut tota a ad b ex ꝓportionibus a ad c ⁊ c ad b cum igitur ille tote ex ypotheſi ſunt equales ⁊ vltime partes earuꝫ ꝓbate ſint equales per 17. ſuppoſitionem reſidue ꝑtes earū vt puta ꝓportiones a ad c ⁊ d ad f ſūt equales. ¶ Sed ſi c tūc ſit maius a ꝑ dictum ſtatim f eſt maius d quare tota proportio f ad e adequate cōponeꭓ ex ꝓportionibus f ad d ⁊ d ad e ſicut tota c ad b ex ꝓportionibus c ad a ⁊ a ad b cum igitur ille tote ꝓbate ſint equales ⁊ due vltime partes earū ex ypotheſi ſīt equales ꝑ. 17. ſuppoſitionem reſidue ꝑtes earum puta ꝓportiones f ad d ⁊ c ad a erunt equales quare ꝑ conuerſam ꝓportionalitatem ꝓportiones a/ad c ⁊ d ad f ſūt equales. Cōſtat igiꝭ ꝓpoſitū vbi nulli termini eiuſdē ordinis ſūt eq̄les ſꝫ a ē maiꝰ b

Jam ꝓbatur illud vbi nulli eiuſdē ordinis ſūt equales ſcd̄ a ē minus b qꝛ tunc ꝑ p̄mam huius d eſt minus e vel ergo tunc b eſt maius c vel eo minus. Si minus ꝑ eādem e eſt minus f quare tota ꝓportio a ad c adequate ꝯponetur ex ꝓportionibus a ad b ⁊ b ad c/⁊ tota d ad f ex ꝓportionibus d ad e ⁊ e ad f/cū igitur ex ypotheſi p̄me partes illarum ſūt equales ſimiliter ⁊ ſcd̄e ꝑ. 17. ſuppoſitionē ille erunt equales. ¶ Si autē b eſt maius c per p̄mam huius e eſt maius f vel ergo c eſt maius a vel ē o minus ſi maius ꝑ ſtatim dictuꝫ f eſt maius d quare tota ꝓportio d ad c adequate cōponetur ex ꝓportionibus d ad f ⁊ f/ad e ſicut ⁊ tota a ad b ex ꝓportionibus a ad c ⁊ c ad b cū igiꝭ ex ypotheſi ille tote ſint equales ⁊ vltime ꝑtes ꝓbate ſint equales ꝑ. 17. ſuppoſitione p̄me ꝑtes earum puta ꝓportiones d ad f ⁊ a ad c/erūt equales. ¶ Si vero c ſit minus a per ſtatum dictum f erit minus d quare tota ꝓportio f ad c adequate cōponetur ex ꝓportionibus f ad d/⁊ d ad c ſicut ⁊ tota c ad b ex ꝓportionibꝰ c ad a ⁊ a ad b cū igitur ille tote ꝓbate ſunt equales ⁊ ex ypo

theſi vltime ptes earum ſint equales ꝑ.17.ſuppoſitionem reſidue ptes illarū vt puta ꝓportiones c ad a ⁊ f/ad d erunt equales quare per ꝯuerſam ꝓportionalitatem ꝓportiones a ad c ⁊ d ad f erunt equales. ¶ Si aūt plures termini vtrimq; ſumerētur oſide p̄mo ſicut ſtatim ꝙ p̄mi ad tertium in p̄mo ordine ſit ea ꝓportio que p̄mi ad tertium in alio quo habito fac tertium ſcd̄m in p̄imo ordine ⁊ quartū tertium ⁊ ita in alio ⁊ oſide etiam ſicut ſtatim ꝙ p̄imi ad illum quartum in p̄imo ordine ſit ꝗ p̄imi ad quartum in ſecundo ⁊ ita ꝯſequenter ꝓcede donec ad vltimos deuenias.

1.co. **Ex p̄ſenti conſtat ꝙ quibuſcūq; nūeris datis et ipſis quocūq;** ordine diſpoſitis ꝯtingit totidem quātitates ꝯtinuas reperire ita ſe hn̄tes ꝙ p̄ime illarum ad ſecundā erit ea ꝓportio ꝗ p̄mi illorum numerorū ad ſcd̄m ⁊ ſcd̄e ad tertiā ꝗ ſcd̄i illorum numerorū ad tertiuz ⁊ ita deinceps. ¶ Hoc eni oſidam in tribus ⁊ ꝓportionabiliter in quotcūq; pluribus poterit oſidi. Sint a b c/quecūq; tres numeri ita diſpoſiti ꝙ a ſit p̄mus b ſcd̄s ⁊ c tertius ⁊ ſit d vnitas ⁊ e quecūq; quantitas ꝯtinua ⁊ ſumat f/ita ſe hn̄s ad e ſicut a ad d ⁊ g ita ad e ſicut b ad d ⁊ h ad e vt c/ad d ⁊ ſit f p̄ma g ſecunda ⁊ h tertia ⁊ tunc dico ꝙ f ad g eſt ea ꝓportio ꝗ a ad b ⁊ g ad h que b ad c quia ex ypotheſi ⁊ ex conuerſa ꝓportionalitate a ad d eſt que f ad e ⁊ d ad b que e ad g ergo per preſentem a ad b que f ad g ⁊ quia etiam ex ypotheſi ⁊ ex ꝯuerſa ꝓportionalitate b ad d eſt que g ad e ⁊ d ad c que e ad h ꝑ p̄ſitem b ad c eſt que g ad h p̄z igitur totum propoſitum. Et ſi plures ſumerentur numeri conſimiliter omnino poteſt demonſtrari propoſitum.

2.co **Patet vltra ꝙ ſi p̄imi ad ſcd̄z fuerit ea ꝓportio que tertij ad** quartum cuiuſlibet p̄tis aliquote p̄mi ad ſcd̄m erit ea ꝓportio ꝗ ſimilis partis aliquote tertij ad q̄rtum ⁊ p̄imi ad quālibet ptem aliquotam ſecundi ea que tertij ad ſimilem partem aliquotam quarti ſi p̄mum habeat omnino tales ptes aliquotas ſicut tertiū ⁊ econuerſo tertium ſicut p̄mum ⁊ ſcd̄m ſicut quartum. ¶ Sit eni a ad b vt c ad d ⁊ e tota pars aliquota a quota f/reſpectu c erit tunc e ad a/vt f/ad c quare ꝑ hāc ꝓportionalitatem e ad b vt f ad d. Et ſi g ſit tunc tota ps b quota h reſpectu d erit tunc b ad g/vt d ad h/ergo ꝑ hanc ꝓportionalitatē a ad g/vt c ad h ꝯſtat igitur totum propoſitum.

3.co **Patet vltra ꝙ ſi p̄imum fuerit tota pars aliquota aut tot ſi**miles partes aliquote ſecundi vt tertium quarti ⁊ ſecundum quinti vt quartum ſexti erit p̄imū tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote quinti vt tertium ſexti. ¶ Quia tūc p̄imi ad ſecundū erit ea proportio que tertij ad quartum ⁊ ſecundi ad quintum que quarti ad ſextum quare ꝑ hanc ꝓportionalitatem p̄ime ad quintum que tertij ad ſextum vnde ſatis conſtat propoſitum.

11 **Si quotcūq; terminis p̄imo ordīe diſpoſitis totidemq; alijs** ſecūdo ordine diſpoſitis fuerit p̄mi ad ſcd̄m in p̄mo ea ꝓportio ꝗ penultimi ad vltimū in ſcd̄o ⁊ ſcd̄i ad tertium in eodem p̄imo que antepenultimi ad penultimum in alio ⁊ ita deinceps erit p̄imi ad vltimum in p̄imo que p̄imi ad vltimum in ſecundo.

Hec oſtendit modum arguendi qui dicitur equa proportionalitas indirecta eſſe efficacem ⁊ ipſā oſidam in p̄mis vbi preciſe tres termini vndiquaq; ſumuntur poſtea vero oſidam qualiter ſit ꝓcedendum ad oſtendendū ꝓpoſitum vbi vtrimq; plures ſumerentur. ¶ Diſponātur igitur a b c quecūq; fuerint p̄mo ordine ⁊ d e f quecūq; fuerit ſcd̄o ordine ita tn̄ vt a ad b ſit vt e ad f ⁊ b ad c/vt d ad e/erit tunc ꝑ ꝯuerſam ꝓportionalitatem b ad a/vt f ad e/⁊ c ad b/vt e/ad d. Dico igitur ꝙ a ad c/vt d ad f. Et ad facile oſidendum hoc dico ꝙ in tali caſu ſi a ſit maius c/ꝑ eſt maius f ⁊ ſi minus minus ⁊ ſi equale equale. Quia ſi a ſit maius c ꝑ.7.huius c ad b/eſt minor ꝓportio ꝗ a ad b/quare ⁊ ꝗ e ad f/cum igitur c ad b/ſit que e ad d erit e ad d/minor ꝓportio ꝗ e ad f/⁊ ꝑ ꝯn̄s per p̄mum correlarium.5.huius d eſt maius f/ſi aūt a ſit minus c ꝑ.5.huius c ad b/erit maior ꝓportio ꝗ a ad b/quare ⁊ ꝗ e ad f/⁊ ex ꝯn̄ti e ad d/erit maior ꝗ e ad f/ergo ꝑ p̄mum correlarium 5.huius d eſt minus f. Si aūt a ſit equale c/ꝯſtat tunc d eſſe equale f/quia alias accideret oppoſitū alicuius iſtorum ſtatim demonſtratorum. Hoc igitur ꝓbato ad ꝓpoſiti demonſtrationem deueniamus. Et p̄mo p̄z illud vbi aliqui illorū terminorū in eodem ordine eſſent equales. Quia ſi a ſit equale b per p̄mam huius e erit equale f/⁊ ꝑ.2.huius d ad f/erit vt d ad e/quare ⁊ vt b/ad c/⁊ quia per eādē a ad c/vt b ad c/erit a ad c/vt d ad f. Et ſi b ſit equale c ex p̄ma huius d eſt equale e/⁊ per.2.huius d/ad f/vt e ad f/quare ⁊ vt a ad b/⁊ quia ꝑ eandē a ad b/vt a ad c erit a ad c/vt d ad f. ¶ Et ſi a ſit equale c/per dictum ſtatim d ⁊ f/erunt equalia ſicut a ⁊ c/ vnde ſatis conſtat propopoſitū patet igitur ꝓpoſitum ſi aliqui illorum terminorum in eodem ordine ſint equales.

Jam probatur illud ſi nulli in eodem ordine ſint equales et imp̄imis ſi a ſit maius b. Quia tūc ex p̄ma huius e erit maius f/vel igitur tūc b/erit maius c vel eo minus. Si maius ex eadē d eſt maius e quare tota ꝓportio d ad f/adequate cōponetur ex ꝓportionibus d ad e/⁊ e ad f/non ꝯmunicātibus ſicut tota a ad c/ex ꝓportionibus a ad b/⁊ b ad c/cū igitur ex ypotheſi p̄ma ps vnius ⁊ ſecunda alterius ſint equales ſimiliter ⁊ reſidue ptes illarū ex.17.ſuppoſitione a ad c/erit equalis ꝓportioni d ad f. ¶ Si aūt b ſit minus c/ex p̄ima huius d eſt minus e/vel ergo tūc c eſt maius a vel minus. Si maius ex dicto ſtatim f eſt maius d/⁊ per ꝯn̄s tota proportio c/ad d/adequate cōponetur ex ꝓportionibus e ad f/⁊ f ad d/ſicut tota c ad b/ex ꝓportionibus c/ad a/⁊ a ad b/cū igitur ille tote ꝓbate ſint equales ⁊ ex ypotheſi ille ptes earum ſcȝ a ad b/⁊ e ad f/ſint

equales reſidue partes vt puta e ad a/⁊ f ad d/ex.17.ſuppoſitione erũt equales quare ꝑ ꝯuerſã ꝓportionalitatem ꝓportiones a ad e/⁊ d ad f/erunt equales.¶ Si aũt e eſſet minus a/ꝑ dictũ ſtatim d eſt maius f cũ igitur d ꝓbatũ ſit minus e/ tota ꝓportio e ad f/adequate ꝯponetur ex proportionibus e ad d/⁊ d ad f/nõ ꝯmunicantibus ſicut ⁊ tota a ad b/ex ꝓportionibus a ad c/⁊ c ad b/ nõ cõmunicãtibus cũ igitur ex ypotheſi ille tote ſint equales ⁊ ille ptes earum ſcʒ c ad b/⁊ e ad d/ ꝓbate ſint equales ex.17.ſuppoſitione reſidue partes earũ puta ꝓportiones a ad e/⁊ d ad f/erunt equales pʒ igitur propoſitum vbi nulli eiuſdem ordinis ſunt equales ſed a eſt maius b.

Jam probatur illud vbi a eſt minꝰ b. Quia tũc ex prima huiꝰ e eſt minus f/ſi igitur tũc b ſit maius e/ex eadem prima d eſt maius e/faciã igitur nunc ex ſcdo ordine pmum ⁊ ex pmo ſcdm ⁊ ꝯcludam omnino vt ſtatim ꝙ d ad f/vt a ad e.¶ Sed ſi b ſit minus e/per pmã hꝰ d eſt minꝰ e/quare tota ꝓportio a ad e/adequate ꝯponetur ex ꝓportionibus a ad b/⁊ b ad c/ ſicut ⁊ tota d ad f/ex ꝓportionibus d ad e/⁊ e ad f/cũ igiẛ ex ypotheſi pma pars vnius illaꝝ ⁊ ſcda alterius ſint equales ſimiliẛ ⁊ reſidue ex.17.ſuppoſitione ille tote erũt equales.pʒ igitur ꝓpoſitũ vbi in quolibet ordine ſumũtur ꝑciſe tres termini.¶ Sed ſi plures termini vndiquaqꝫ ſumerẽtur cõcludẽ pmo ſicut ſtatim ꝙ pmus ad tertiũ in pmo ſit vt añpenultimus ad vltimũ in alio ⁊ poſtea in pmo ordine ſiat tertius ſcdꝰ ⁊ quartus tertius ⁊ ſic ꝯtr in alio añpenultimus fiat penultimus ⁊ immediate ꝓcedens ipſũ añpenultimus ⁊ ita deinceps ⁊ tũc ꝓportionabiliẛ ꝯclude ꝙ pmus pmi ordinis ſit ad illũ qui tunc eſt tertius ſicut ille qui in alio eſt antepenultimus ad vltimum eiuſdem ⁊ ita deinceps donec ad vltimum primi ordinis ⁊ ad primum alterius deueneris.

Co. Ex preſenti conſtat ꝙ ſi primũ fuerit tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote ſecundi vt quartũ ſexti ⁊ ſcdm quinti vt tertiũ quarti erit pmum tota ps aliquota aut tot ſimiles partes aliquote quinti vt tertiũ ſexti.¶ Quia tũc pmi ad ſcdm erit ea proportio que quarti ad ſextum ⁊ ſecundi ad quintum que tertij ad quartum ergo per hanc proportionalitatem primi ad quintum que tertij ad ſextum vnde ſatis conſtat propoſitum.

12 Si primi ad ſecundũ fuerit maior proportio ꝗ tertij ad quartum ⁊ ſecundi ad.5.maior ꝗ.4.ad.6.vel ea que.4.ad.6.erit primi ad.5.maior ꝗ tertij ad.6.

Hanc primo demõſtrabo in quãtitatibꝰ ꝯtinuis ex ꝯñti aũt in alijs.Sit igitur a pmi ad b/ſcdm maior ꝓportio ꝗ e tertij ad d/quartũ ⁊ b/ad e/quintũ maior ꝗ d ad f/ſextum vel eadẽ eũ illa ⁊ ſint oẽs iſti termini quãtitates ꝯtinue.Tunc dico ꝙ a ad e/eſt maior ꝓportio ꝗ c ad f/.Et imprimis ſi b ad e/ſit ꝗ d ad f.Quia dato oppoſito ſit g ad b/que c ad d/erit tunc g ad b/minor ꝗ a ad b/ergo ꝑ pmum correlariũ.5.huius g eſt minus a/quare ꝑ.4.huius g ad e/eſt minor ꝗ a ad e/cum igiẛ ꝑ equam ꝓportionalitatẽ directã g ad e/ſit que c ad f/erit c ad f/minor ꝗ a ad b.Sit iam b ad e/ maior ꝗ d ad f/⁊ dato illius oppoſito ſit b ad g/ꝗ d ad f/tũc per pmũ correlariũ.5.huꝰ g erit maiꝰ e quare ꝑ.4.huius a ad g erit minor ꝓportio ꝗ a ad e/cũ igiẛ ꝑ ſtatim demõſtratũ a ad g/ſit maior ꝗ c ad f/a fortiori a ad e erit maior ꝗ c ad f/pʒ igitur ꝓpoſitum in quãtitatibus ꝯtinuis ⁊ ex ꝯñti in quibuſcũqꝫ alijs põt apparere.Nã dato oppoſito in aliqbus alijs ſumã a quantitatẽ ꝯtinuã ⁊ ſit a ad b quãtitatem ꝯtinuã ea ꝓportio ꝗ primi illorũ terminorũ ad ſcdm hoc poterit cõtingere ꝑ.48.ſuppoſitionem ⁊ ſit b ad c/ea ꝗ ſcdi illorum terminorũ ad quintũ ⁊ ſit d/vna alia quantitas ꝯtinua ⁊ ipſius a d e/ſit ea ꝓportio ꝗ tertij illorum terminoꝝ ad quartum ⁊ e ad f/que quarti ad.6.tũc ſi ꝯtingat oppoſitum pñtis in illis ꝯtingeret etiã oppoſitũ in his quãtitatibus ꝯtinuis qꝛ ꝑ equã ꝓportionalitatem directam a ad c/erit ea ꝓportio ꝗ primi aliorum terminorũ ad quintũ ⁊ d ad f/ꝗ tertij ad ſextum: cũ igitur ꝑ ſtatim demõſtratum nõ poſſit oppoſitũ ꝯtingere in his quãtitatibus ꝯtinuis ſeqtur ꝙ in nullis alijs terminis poterit ꝯtingere.¶ Et ſi in hoc modo demõſtrandi tacto facias difficultatem ẽ aſſumptione g/ꝗtitatis ſimiliẛ ⁊ in aſſũptione illarũ quãtitatũ ꝗ aſſumũtur ad demonſtandũ ꝓpoſitum in alijs a nũeris ex eo ꝙ nõ docuimꝰ modũ inueniẽdi tales quãtitates ſe hñtes in talibus ꝓportionibus hoc nõ impedit demõſtrationes Sunt eñ demonſtrationes iſte ad impoſſibile ⁊ ꝯſimili mõ demõſtrat Euclides diſiunctã ꝓportionalitatẽ l.5.ꝓſupponens aliqd ſimile qd nõ docuit.Et ꝯſimiliter etiã demonſtrat.2.⁊ vltimã.12.⁊ multas alias vbi facit demõſtrationes ad impoſſibile ⁊ ſimilia aſſumit ꝗ nõ docuit nõ ergo eſt neceſſarium ꝑ talibus demõſtrationibus ſcire reperire talia ſed ſatis eſt ꝙ talia ꝗ ſumũtur poſſint eſſe ⁊ ꝙ poſſit eſſe apparet ex.48.ſuppoſitione in ꝯcluſionibꝰ ergo que vniuerſaliẛ ponenẛ ſatis erit demõſtrationes tãgere ĩ quãtitatibus ꝯtinuis:qꝛ ſi deẛ oppoſitũ in aliqs ꝓportionabiliẛ ꝓcedẽdo ſicut ĩ pñti ꝯcludeẛ ꝙ deẛ oppoſitũ in ꝗtitatibꝰ ꝯtinuis qd ẽ impoſſibile.

Co. Ex preſẽti conſtat ꝙ in quibuſcũqꝫ ſi primi ad ſecũdũ fuerit ea ꝓportio que tertij ad quartum ⁊ ſecundi ad quintum maior ꝗ.4.ad.6.erit primi ad.5.maior ꝗ.3.ad.6.Quia tunc per.7.huius.6.ad.4.erit maior ꝗ.5.ad.2.⁊ per conuerſam proportionalitatẽ.4.ad.3.que.2.ad primũ.ergo per preſentem.6.ad.3.eſt maior ꝗ quinti ad primum:ergo per.7.huius primi ad.5.maior ꝗ.3.ad.6.

13. Si primi ad ſecũdũ fuerit maior proportio ꝗ quarti ad ſextũ ⁊.2.ad.5.maior ꝗ.3.ad.4.vel ea que.3.ad.4.erit primi ad quintum maior ꝗ.3.ad.6.

Hanc in quãtitatibus ꝯtinuis demõſtrabo ⁊ ex pñti in quibuſcũqꝫ alijs ꝑ ſimilem ꝓceſſum ſicut in ꝓcedenti eius demõſtratio poterit ꝯſtare.¶ Sit igitur a pmi ad b/ſecundũ maior ꝓpor

tio ꝙ d.4.ad f.5.⁊ b ſecundi ad e quintū maioꝛ ꝙ c tertij ad d quartū vel eadē cū ipſa ⁊ ſint hij oēs termini quātitates ꝯtinue. Tunc dico ꝙ ꝓportio a ad c/eſt maioꝛ ꝙ e ad f. Quia dato oppoſito ſi b/ad e ſit q̄ e ad d/ſit g quātitatis ꝯtinue ad b ea que d ad f/tunc ꝑ equā ꝓportionalitatē īdirectā g ad e erit que e ad f. Et qꝛ g ad b minoꝛ eſt ꝙ a ad b/ per primum correlariū.5.huius g eſt minoꝛ a quare per.4.huius ꝓportio a ad e/erit maioꝛ ꝙ g ad e/⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ e ad f. Si autem b ad e ſit maioꝛ ꝙ e ad d/ſit g ad e/q̄ e ad d. Tunc per ꝓmum correlariū. huius g erit minus b quare per.4.huius ꝓportio a ad g/maioꝛ eſt ꝙ a ad b/⁊ a foꝛtioꝛi ꝙ d ad f ⁊ quia g ad e eſt que c ad d per ſtatim demonſtratū a ad e eſt maioꝛ ꝙ c ad f.

1.co. **Ex pñti ꝯſtat ꝙ ſi primi ad ſcdm fuerit ea ꝓpoꝛtio q̄ quarti** ad.5.⁊ ſcdi ad quintum maioꝛ ꝙ tertij ad quartum erit primi ad quintum maioꝛ ꝙ tertij ad.6. ¶ Nā ſi a ad b ſit q̄ d ad f/⁊ b ad e/maioꝛ ꝙ e ad d/tunc a ad e/eſt maioꝛ ꝙ e ad f. qꝛ dato oppoſito ſit b ad/g que e ad d/tūc ꝑ equam ꝓportionalitatem indirectam a ad g erit que e ad f ⁊ qꝛ b ad g eſt minoꝛ ꝙ b ad e ꝑ ꝓmum correlarium.. huius g erit maioꝛ e quare ꝑ.4.huius ꝓportio a ad e erit maioꝛ ꝙ a ad g ⁊ per conſequens maioꝛ ꝙ e ad f.

2.co **Patet vltra ex hijs ꝙ ſi quotcūꝗ termini primo oꝛdine diſpo**nantur ⁊ totidē alij ſcdo oꝛdine diſponant̄ ⁊ ꝓmi ad ſcdm in ꝓmo non ſit minoꝛ ꝓportio q̄ ꝓmi ad ſecundū in alio nec ſcdi ad tertium minoꝛ ꝙ ſcdi ad tertium ⁊ ita de alijs: ſed aliqua taliū primi oꝛdinis aliqua taliū ſcdi ſibi corꝛñte ſit maioꝛ erit primi ad vltimum in ꝓmo oꝛdine maioꝛ ꝙ ꝓmi ad vltimum in alio ⁊ ſi ꝓmi ad ſcdm in primo nō ſit minoꝛ ꝙ penultimi ad vltimū in alio nec ſcdi ad tertium ꝙ añ penultimi ad penultimum in ſcdo ⁊ ita deinceps donec ad vltimū ꝓmi ⁊ primū ſcdi deueniatur ſed ſit aliqua taliū primi oꝛdinis aliqua taliū ſcdi illi corꝛñte maioꝛ erit ꝓmi ad vltimū ī primo oꝛdie maioꝛ ꝓportio ꝙ ꝓmi ad vltimū ī ſcdo. ad oñdēdū hoc ex hijs duab⁹ ꝓcedētib⁹ eodē mō ꝓcedat̄ ſicut ad oñdēdū equā ꝓportionalitatē directā ⁊ īdirectā ī plurib⁹ t'mis ꝙ ī trib⁹ ⁊ tūc facile deducit̄ ex ipſis ī forma.

14 **Si fuerint due ꝓpoꝛtiones equales ⁊ aliqđ multiplex añtis** vnius aliquo multiplici ꝯñtis eiuſdē fuerit maius eque multiplex añtis alterius ſicut illud añtis illi⁹ eq̄ multiplici ꝯñtis eiuſdē ſicut eſt illud ꝯñtis illius erit maius ⁊ ſi minus minus ⁊ ſi equale equale.

Que pñs ⁊ alie tres ſeq̄ntes ꝓponūt ſūt ꝑne pia Euclidis.. elemētoꝝ in expoſitionib⁹ diffinitionū recitata que ꝓpter cā illic tactam ex pnunc ꝑs q̄ inſequimur in hac materia ꝓpoſuimus demonſtranda. ¶ Sit igit̄ a ad b/ea ꝓportio que c ad d. Tunc dico ꝙ ſi aliquod multiplex a/aliquo multiplici b ſit maius eque multiplex c ſicut illud a eſt maius ſimili multiplici d/ſicut ē illud b ⁊ ſi minus minus ⁊ ſi equale equale. Nā dato oppoſito ſit e multiplex a/maius f multiplici b/⁊ ſit g eque multiplex c ſicut e reſpectu a ⁊ h eque multiplex d ſicut f reſpectu b ⁊ non ſit g maius h/ſed ſit illi equale vel eo minus ꝯſtat tūc ꝙ ꝓportio b ad f/eſt que d ad h/⁊ e ad a/q̄ g ad c. Quia igitur a ad b/vt c ad d/⁊ b ad f/vt d ad h/per equā ꝓportionalitatem directā a ad f/vt c ad h/⁊ quia e ad a/vt g ad c/iterum ꝑ equam ꝓportionalitatem directā e ad f/vt g ad h/cū igitur e ſit maius f per primā huius g erit maius h qđ repugnat ypotheſi. Et ſi ponas e multiplex a eſſe min⁹ f multiplici b aut illi equale ⁊ g eq̄ multiplex c ſicut e reſpectu a nō ita ſe habere ad h eq̄ multiplex d ſicut f eſt reſpectu b ſimile inconueniens deducetur qꝛ eodem modo concludetur ꝙ e ad f ē ea ꝓportio que g ad h.

15. **Si due ꝓpoꝛtiones ita ſe habeant ꝙ ſi aliqđ multiplex añtis** vnius aliq̄ multiplici ꝯñtis eiuſdē ſit mai⁹ eq̄ multiplex añtis alt'i⁹ ſicut illđ añtis illi⁹ eq̄ multiplici ꝯñtis eiuſdē ſicut ē illud ꝯñtis illi⁹ eſt mai⁹ ⁊ ſi min⁹ min⁹ ⁊ ſi eq̄le eq̄le erūt ꝓportiōes ille equales.

Hec eſt conuerſa prioris ⁊ ipſā imprimis in quātitatibus ꝯtinuis demonſtrabo ⁊ ex ꝯñti in quibuſcūꝗ alijs. Sint igitur ꝓportiōes a ad b ⁊ c ad d. ita ſe hñtes ſicut ꝓpoſitio ꝓponit ⁊ ſint omnes termini iſtarū quātitates ꝯtinue. Tūc dico ꝙ ꝓportio a ad b eſt que c ad d. Quia dato oppoſito ſi ꝓportio a ad b ſit maioꝛ ꝙ c ad d ſit e ad b ea q̄ c ad d erit tūc illa minoꝛ ꝙ a ad b ergo per primū correlariū.5.huius e eſt minoꝛ a ſumo ergo ꝑ tertiū correlarium.10.ꝓmi duos eque multiplices a ⁊ e quoꝛum quilibet ſit maioꝛ b ⁊ eoꝛum dr̄a ſit etiā maioꝛ b ⁊ ſit f tale multiplex a ⁊ g tale multiplex e ⁊ ſit h minimū multiplex inter multiplicia b maioꝛa g ꝯſtat tūc illud eſſe minus f qꝛ alias auferendo ſemel b ex ipſo remaneret multiplex b maius g quod repugnat ypotheſi. Sit inſup k eq̄ multiplex c ſicut f reſpectu a ⁊ g reſpectu e ⁊ ſit l eq̄ multiplex d ſicut h reſpectu b. tūc ex ypotheſi k erit maius l ſicut f eſt maius h. qꝛ igitur ꝓportio e ad b eſt que c ad d ⁊ b ad h eſt que d ad l ꝑ equam proportionalitatem directā e ad h eſt que c ad l ⁊ quia g ad e eſt q̄ k ad c. iterū per equā ꝓportionalitatē directam g ad h eſt que k ad l quod repugnat ꝓme huius qꝛ g eſt minus h ⁊ k eſt maius l. nō ergo poterit a ad b eſſe maioꝛ ꝓportio ꝙ c ad d. Et eodem modo ꝯcludetur ꝙ nō poſſit eſſe minoꝛ qꝛ faciendo alio oꝛdine c ꝓmū ⁊ d ſcdm a tertiū ⁊ b quartū idē inconueniēs deducet̄ erit igit̄ a ad b que c ad d.

¶ Sed iam in quibuſcūꝗ alijs illud oſtenditur. Quia ſi in aliquibus poſſit oppoſitū dari ſint ꝓportiones a ad b ⁊ c ad d ſe hñtes vt ypotheſis ſupponit de quibus oppoſitum ꝯtingat ⁊ ſit e quantitatis ꝯtinue ad f quantitatē ꝯtinuam ea ꝓportio que a ad b ⁊ g quantitatis ꝯtinue ad h ꝯtinuam que c ad d ꝯſtat tunc ex ꝓcedenti ꝙ ſi aliquod multiplex e aliquo multiplici f ſit maius eq̄ multiplex a ſicut illud e eq̄ multiplici b ſicut illud e erit maius ⁊ ſi min⁹ min⁹ ⁊ ſi equale eq̄le quare ex ypotheſi ⁊ de ꝓmo ad vltimū ſi aliquod multiplex e aliq̄ multiplici f ſit maius eq̄ multiplex c ſicut illud e eque multiplici d ſicut illud f erit mai⁹ ⁊ ſi min⁹ minus ⁊ ſi equale eq̄le ⁊ qꝛ iterū ꝑ precedentē ſi aliqđ multiplex

c/ aliquo multiplici d/ ſit maius eque multiplex g ſicut illud c/ eque multiplici h ſicut illud d/ eſt maius ⁊ ſi minus minus ⁊ ſi equale equale. ergo de primo ad vltimum ſi aliquod multiplex e aliquo f ſit maius eque multiplex g/ ſicut illud e/ eque multiplici h/ ſicut illud f erit maius ⁊ ſi minus minus ⁊ ſi equale equale et quia ex ypotheſi proportio a ad b non eſt que c ad d e ad f/ non erit que g ad h ⁊ per ꝯſequens accideret oppoſitum ſtatim demonſtrati in quantitatibus continuis quod eſt impoſſibile.

16 **Si multiplex antecedentis alicuius proportionis aliquo multiplici** conſequentis ipſius fuerit maius ⁊ eque multiplex antecedentis alterius ſicut illud antecedentis illius eque multiplici conſequentis eiuſdem ſicut illud conſequentis illius non fuerit maius erit illa proportio altera maior. Et ſi multiplex antecedentis alicuius aliquo multiplici conſequentis ipſius fuerit minus ⁊ eque multiplex antecedentis alterius ſicut illud antecedentis illius eque multiplici conſequentis eiuſdem ſicut eſt illud conſequentis illius non ſit minus erit illa proportio altera minor.

Sint a ad b/ ⁊ c ad d/ quecumque due proportiones ⁊ ſit primo ita quod e multiplex a/ ſit maius f multiplici b/ ſed g eque multiplex c/ ſicut e reſpectu a non ſit maius h eque multiplici d ſicut f reſpectu b/ ſed ſit illi equale vel eo minus. Tunc dico quod proportio a ad b/ maior eſt quam c ad d. Quia dato oppoſito ſi a ad b eſſet que c ad d/ accideret oppoſitum anteprecedentis ⁊ ſi a ad b ſit minor quam c ad d cum b ad f ſit que d ad h per .12. huius a ad f/ erit minor quam c ad h/ ⁊ quia e ad a/ eſt que g ad c/ per correlarium .12. huius e ad f/ erit minor quam g ad h/ quod eſt impoſſibile non ergo poterit a ad b/ eſſe que c ad d/ nec ea minor erit igitur ipſa maior quod eſt primum. ¶ Sit iam ſecundo ita quod e multiplex a ſit minus f multiplici b ⁊ g eque multiplex c ſicut e reſpectu a non ſit minus h eque multiplici d/ ſicut f reſpectu d/ ſed ſit eo maius vel illi equale. Tunc dico quod proportio a ad b/ eſt minor quam c ad d. Nam dato oppoſito ſi eſſet illi equalis accideret oppoſitum anteprecedentis ⁊ ſi ſit illa maior cum b ad f ſit que d ad h per .12. huius a ad f erit maior quam c ad h ⁊ cum e ad a/ ſit que g ad c/ per correlarium .12. huius e ad f/ erit maior quam g ad h quod eſt impoſſibile non ergo poterit a ad b eſſe maior c ad d nec illi equalis erit igitur ipſa minor quod eſt ſecundum.

17 **Si aliqua proportio ſit altera maior aliquod multiplex an**tecedentis illius aliquo multiplici conſequentis eiuſdem erit maius ⁊ eque multiplex antecedentis alterius ſicut eſt illud antecedentis illius eque multiplici conſequentis eiuſdem erit minus.

Hanc in quantitatibus continuis demonſtrabo ⁊ ex conſequenti in quibuſcumque apparebit eius demonſtratio. Sit igitur a quantitatis continue ad b quantitatem continuam maior proportio quam c ad d/ ⁊ tunc patet propoſitum. Sit enim e ad b que c ad d ⁊ ſumo per tertium correlarium .19. primi f ad a/ ⁊ g ad e/ eque multiplicia ita quod quodlibet illorum ſimiliter ⁊ ipſorum differentia ſit maius duplo b ⁊ quia proportio e ad b eſt minor proportio quam a ad b per primum correlarium .5. huius a eſt maius e quare ex terminis ⁊ ex .29. dignitate f eſt maius g ſit ergo ita quod inter multiplicia b maiora g ſit h minimum erit tunc h minus f alias aufferendo ſemel b ex h remaneret maius g ⁊ per conſequens maius b quod per tertium correlarium .20. primi ⁊ ex terminis adiuuante ypotheſi numeraretur ab ipſo b ⁊ per conſequens ex .12. petitione ⁊ ex terminis eſſet multiplex b quod repugnaret ypotheſi erit igitur h minus f/ ſit ergo k eque multiplex c/ ſicut g reſpectu e erit ex conſequenti eque multiplex c/ ſicut f/ reſpectu a. ſit inſuper l eque multiplex d/ ſicut h reſpectu b erit tunc per .14. huius k minus l/ ſicut g eſt minus h. cum igitur f ſit maius h conſtat propoſitum in quantitatibus continuis in quibuſcumque aliis proportionabiliter poteſt conſtare propoſitum ſumptis eque multiplicibus in illis ſicut ſumuntur in quantitatibus continuis in quibus ſunt equales proportiones ⁊ illud concluditur per equam proportionalitatem facile adiuuante premiſſa huius.

18 **Si quotcumque termini eiuſdem rationis in ordine ad totidem** alios eiuſdem rationis ita ſe habeant quod primum ad primum ſit ea proportio que ſecundi ad ſecundum ⁊ que tertij ad tertium ⁊ ita deinceps erit compoſiti ex illis ad compoſitum ex aliis ea proportio que primi ad primum.

Hec procedit vbi vndiquaque ſumuntur termini in numero finito vbi autem caperentur infinita antecedentia ⁊ infinita conſequentia ⁊ ex illis antecedentibus conſtitueretur vnum infinitum ⁊ ex illis conſequentibus ſimiliter non haberet verum concluſio quia infiniti ad infinitum aut nulla eſt proportio aut eſt proportio equalitatis. ¶ Sit igitur a ad b. ea proportio que c ad d/ ⁊ que e ad f/ ſintque a. c. e. eiuſdem rationis inter ſe ſimiliter ⁊ b. d. f. Tunc dico quod compoſiti ex a. c. e. ad compoſitum ex b. d. f. eſt que a ad b/ ſumam g ad a ⁊ h ad c ⁊ k ad e eque multiplicia ſimiliter l ad b ⁊ m ad d/ ⁊ n ad f/ eque multiplicia erit tunc per primum correlarium .10. primi compoſitum ex g. h. k. eque multiplex compoſiti ex a. c. e. ſicut g reſpectu a/ ⁊ compoſitum ex l. m. n. ita multiplex compoſiti ex b. d. f. ſicut l reſpectu b. ⁊ per .14. huius pluries ſumptam adiuuantibus .6. ⁊ .18. dignitatibus ſi g addit ſuper l compoſitum ex g. h. k. addit ſuper compoſitum ex l. m. n. ⁊ ſi minuit minuit ⁊ ſi equat equat. ergo per .15. huius proportio a ad b/ eſt que compoſiti ex a. c. e. ad compoſitum ex b. d. f. quod eſt propoſitum. In quotcumque pluribus conſimilis eſt demonſtratio.

Co. **Ex preſenti conſtat quod ſi duo termini eiuſdem rationis fuerint eque** multiplices ad alios duos eiuſdem rationis erit illorum multiplicium eadem proportio que ſubmultiplicium. ¶ Sint enim c ad a/ ⁊ d ad b/ eque multiplices. Tunc dico quod que proportio a ad b/ ea eſt c ad d. Diuido enim c in ſuas partes equales a/ ⁊ d/ in ſuas quales b que ex ypotheſi ⁊ ex terminis erunt tot adequate ſicut ille in quas diuiſus eſt c/ ⁊ per correlarium .2. huius prime c ad primam d/ erit ea proportio que ſecunde ad ſecundam ⁊ ita deinceps. ergo per preſentem compoſiti ex illis omnibus partibus c quod eſt ipſemet c/ ad compoſitum ex illis omnibus d quod eſt ipſemet d erit que prime c ad primam d/ ⁊ ex conſequenti que a ad b quod eſt propoſitum.

Si primi ad ſecundum fuerit ea proportio que tertij ad quar-

tum erit permutatim primi ad tertium que ſecundi ad quartum.

Hec oſ̄dit modū arguendi qui dr̄ ꝑmutata ꝓportionalitas valere. Sit igitur a ad b vt c ad d. Tunc dico ꝙ a ad c vt b ad d ſumā eīn e ad a ⁊ f ad b eq̄ multiplices qualeſcūq̧ fuerit ſimiliter g ad c ⁊ h ad d eque multiplices erit tunc ex correlario precedētis e ad f vt a ad b ⁊ g ad h vt c ad d quare e ad f vt g ad h ergo per .8. huius ſi e eſt maius g: f eſt maius h ⁊ ſi minus minus ſi equale equale ergo per .15. huius a ad c vt b ad d quod eſt propoſitum.

Co. **Ex p̄nti cōſtat ꝙ cuiuſcūq̧ totius ad q̄dlibet aliud totū eſt ea**
propoſitio que cuiuſcūq̧ partis aliquote illius ad totā partem aliquotā alterius ſi habeāt. ¶ Quia cuiuſcūq̧ ad quālꝫ ſuā pꝛtē aliquotā ē q̄ cuiuſcūq̧ alteri⁹ ad ſuā pꝛtē aliquotā q̄ hito ex p̄nti ꝯſtat illud

20 **Si aliquid multiplicetur per aliquē numerum, erit productū**
ad multiplicatum ea propoſitio, que numeri multiplicantis ad vnitatem.

Sit a ꝓductū ex b in c numerū. Tūc dico ꝙ a ad b vt c ad vnitatē. Nā ex terminis quotiēs vnitas in c totiēs b in a quare ſi vnitas ſit eq̄lis c: b erit eq̄lis a vñ ꝯſtat ꝓpoſitū. Et ſi vnitas ſit ps aliq̄ta c: b erit tota ps aliq̄ta a q̄re a erit eq̄ m̄tiplex b ſicut c reſpectu vnitat vñ ꝯſtat ꝓpoſitū

Co. **Ex p̄nti ꝯſtat, ꝙ cuiuſcūq̧ ꝓducti ex duobus nūeris, ad quēlibet**
illorū, eſt ea ꝓportio, que alterius ad vnitatē. Et ex ꝯñti, ſi quilibet illoꝝ ſit maior vnitate, talis ꝓducti ad quēlibet illoꝝ eſt ꝓportio multiplex a reliquo denīata. ¶ Primū patꝫ q2 p. 13. p̄mi illud ꝓductum ex quolibet illoꝝ numeroꝝ in alteꝝ ꝓducetur quo habito ex p̄nti ꝯſtat illud. Et ſcd̄m cōſtat ex p̄mo eo cuiuſlibet nūeri maioris vnitate ad vnitatem eſt ꝓportio multiplex ab ipſo denominata.

21 **Si idem numerus duo eiuſdem rationis quecunq̧ fuerint,**
multiplicet, erit propoſitio productorum que multiplicatorum. Et ſi duo numeri idem quodcunq̧ fuerit multiplicent, erit productorum ea propoſitio que illorum numerorum.

Sint a ⁊ b duo eiuſdē rōnis ⁊ ducātur in c nūeꝝ, ⁊ ex a in c, fiat d, e aūt ex b in c ꝯſtat tūc d ⁊ e eſſe eiuſdē rōnis. Dico igitur, ꝙ d ad e vt a ad b. Nā ex precedēti d ad a vt c ad vnitatē ſimiliter e ad b vt c ad vnitatē quare d ad a vt e ad b ergo ꝑmutatim d ad e vt a ad b quod eſt p̄mū. ¶ Scd̄m patꝫ ducātur a quodcūq̧ fuerit in b ⁊ c nūeros ⁊ ex a in b fiat d ⁊ ex a in c fiat e. Tūc ꝙ d ad e vt b ad c. Quia ꝑ precedentē e ad a vt c ad vnitatem ergo conuerſim a ad e vt vnitas ad c ſed per precedentē d ad a vt b ad vnitatem ergo per equam proportionalitatem directam d ad e vt b ad c qd̄ eſt ſecundū

1.co. **Ex p̄nti conſtat ꝙ qualiſcunq̧ eſt propoſitio alicuius ad alte**
rum talis eſt cuiuiuſcūq̧ numerati ab illo ad equaliter numeratum ab alio. Et ſi idē numeret aliqua duo cuiuſcūq̧ illoꝝ nūeratoꝝ ad reliquū erit ea ꝓportio q̄ nūeri ꝑ quē illō nūeratur ab illo ad numerum per quem reliquum numeratur ab eodem. ¶ Hec ex terminis ⁊ ex preſenti ſequuntur in forma.

2.co **Patet vltra ꝙ ſi quotcūq̧ termini continuo ꝓportionales in**
eundē numeꝝ ducātur q̄ ꝓducētur erūt termini ꝯtinuo ꝓportionales ſcd̄ꝫ eādē ꝓportionē. Et ſi idē in quotcūq̧ nūeros ꝯtinuo ꝓportionales ducātur ꝓducta erūt t̄mini ꝯtinuo ꝓportionales ſcd̄m ꝓportionē illoꝝ nūeroꝝ ⁊ ita de diſcōtinuo ꝓportionalib⁹. Et ex ꝯñti ſi aliqua q̄cūq̧ fuerint ꝑ eūdē nūeꝝ nūerēt totidē alia ⁊ numerātia aut nūerata ſint ꝯtinuo aut diſcōtinuo ꝓportionalia erūt alia totidē ſimili mō ⁊ ſcd̄m eādē ꝓportionē ꝓportionalia. Et ſi idē ꝑ quotcūq̧ nūeros nūeret totidē alia ⁊ nūerata aut nūeri illi ſint ꝯtinuo aut diſcōtinuo ꝓportionalia erūt alia illoꝝ ſi̅li mō ⁊ ſcd̄m eādē ꝓportionē ꝓportionalia. ¶ Hec om̄ia iteꝝ ex terminis ⁊ ex p̄nti pluries ſumpta manifeſtiſſime deducuntur.

3.co **Patet vltra ꝙ quarumcunq̧ ꝓportionum in numeris repi=**
biliū idē nūerus poteſt eſſe añs ⁊ quarumcūq̧ taliū idem poteſt eſſe ꝯñs. ¶ Quibuſcunq̧ eīn talibus datis ſi añs prime ducatur in añs ſcd̄e ⁊ añs tertie in ꝓductum ⁊ ita deinceps vltimo ꝓductus per primum correlarium .21. adiuuante .13. primi ab omnibus illis antecedentibus numerabitur quo habito ex primo correlario preſentis conſtat primum. Et ſecundum conſimiliter apparet.

22 **Si primi ⁊ ſecundi coniunctim ad ſecundum fuerit ea ꝓpor**
tio que tertij ⁊ quarti coniunctim ad quartum erit primi ad ſcd̄m vt tertij ad quartū ꝯſimilis ꝓportio

Hec oñdit modum arguēdi qui dr̄ diſiuncta ꝓportionalitas valere Sit igitur a p̄mi ⁊ b ſecundi coniunctim ad b ea proportio que c tertij ⁊ d quarti cōiunctim ad d quartū. Tunc dico ꝙ a ad b eſt q̄ c ad d. Sumā eīn e ad a ⁊ f ad b ⁊ g ad c ⁊ h ad d eq̄ m̄tiplices tūc ꝑ p̄mū correlariū 10. primi totum e f erit eq̄ multiplex totius a b ſicut e reſpectu a ⁊ totū g h eque multiplex totius c d ſicut g reſpectu c quare totū e f ad a b ⁊ totū g h ad totū c d erunt eq̄ multiplicia. Sumam inſuper k ad b ⁊ l ad d eq̄ multiplicia ꝯſtat tūc ex terminis ⁊ p̄mo correlario .35. p̄mi ꝙ f k ad b ⁊ g l ad d ſunt eq̄ multiplicia ꝯſtat inſuꝑ ꝙ ſi totū e f ſit maius toto f k: e eſt maius k ⁊ ſi min⁹ min⁹ ⁊ ſi equale eq̄le ⁊ econuerſo. Hoc eīn ex .6. ⁊ .18. dignitatib⁹ manifeſte ſeq̄tur ⁊ ꝑ idē ſi totū g h ſit mai⁹ toto h l: g erit maius l ⁊ ſi minus min⁹ ⁊ ſi equale eq̄le ⁊ econuerſo ⁊ q2 ꝑ .14. hui⁹ ſi e f ē maius f k: g h erit mai⁹ h l ⁊ ſi minus min⁹ ⁊ ſi eq̄le eq̄le ḡ de p̄mo ad vltimū ſi e eſt mai⁹ k: g h erit maius h l ⁊ ſi minus min⁹ ⁊ ſi equale equale ergo iterū de p̄mo ad vltimū ꝑ ſtatim probatum ſi e eſt maius k: g eſt maius l ⁊ ſi minus minus ⁊ ſi equale equale ergo per .15. huius propoſitio a ad b eſt que c ad d quod eſt propoſitum.

ſubmultiplex ad aliquā tertiā reliqua nō tal'r ſe habebit ad illā tertiā vel illi equalē. Et ſi aliquarū vna fuerit aliqual'r multiplex aut ſubmultiplex ad aliquam ⁊ non alia ille ſunt inequales.

28 Quecūq; ꝓportio multiplex aut ſubmultiplex ad aliquā ad quamlibet equalem illi eſt eque multiplex aut ſubmultiplex. Et quelibet equalis ipſi alteri ⁊ cuilibet equali illi eſt taliter multiplex aut ſubmultiplex.

29 Quecunq; proportiones quarū ſimiles partes aliquote ſūt equales ſunt inter ſe equales ſimiliter ⁊ quecunq; que equalium proportionum ſunt ſimiles partes aliquote ⁊ quarumcunq; equalium ſimiles partes aliquote ſunt equales.

30 Quarūcūq; ꝓportionū inequaliū ſimiles ꝑtes aliquote ſūt inequales ⁊ q̄ maioris illarū ē talis ꝑs aliq̄ta maior eſt ⁊ q̄ mino: minor. Et quecūq; quarū inequales ꝓportiōes ſūt ſimiles ꝑtes aliq̄te ſūt inequales ⁊ cui⁹ ꝑs aliq̄ta maior ē ſimili ꝑte aliq̄ta alti⁹ maior ē ⁊ c⁹ minor minor.

31 Si aliqua ꝓportio ſit ꝑs aliquota vni⁹ duarū ꝓportionū et nō ſit ſimilis ꝑs aliq̄ta alt⁹ ille due ſūt inequales ⁊ ſi fuerit due inequales ⁊ aliq̄ tertia ſit ꝑs aliq̄ta alic⁹ illarū illa nō erit ſimilis ꝑs aliquota alteri⁹ ⁊ cui⁹ vna inequalium eſt ꝑs aliq̄ta reliq̄ nō eſt talis ꝑs aliquota.

32 Quelibet proportio ducta in vnitatem ſeipſam producit.

33 Quāto ꝑs aliquota alicui⁹ ꝓportiōis maioris inequalitatis a maiori numero denominatur pars aliquota tanto maior eſt ⁊ quanto a minori minor in ꝓportionibus autem minoris inequalitatis oppoſitum.

34 Si quotcunq; proportiones totidē equales vel eandē equaliter excedant vel ab illis vel illa equaliter excedantur erunt inter ſe equales.

35 Quotiens aliqua proportio poteſt ab aliqua ſubſtrahi totiēs in illa reperitur ⁊ quotiens aliqua in alia reperitur totiens ab illa ſubſtrahi poteſt.

36 Quacūq; ꝓportione inequalitatis ſaltē finita quātācūq; maiorem ꝯtingit ſumere ſimiliter ⁊ cuilibet quotcunq; poſſūt ſumi equales ⁊ cuilibet quotcunq; eque multiplices ⁊ cuilibet qualeſcunq; multiplices.

37 Nunq̄ maior proportio maioris inequalitatis minorem numerat nec minor proportio minoris inequalitatis maiorem numerat.

38 Si due ꝓportiōes maioris inequalitatis inequales eādē nūerēt maior ꝑ maiorē nūerū illā nūerabit ⁊ q̄ ſit ille ꝑ quē minor eā nūerat ⁊ ſi aliq̄ ꝑ diuerſos nūeros eādem nūerēt q̄ ꝑ maiorē illā nūerabit erit minor ⁊ q̄ ꝑ minorē maior i ꝓportōib⁹ āt minor: leq̄litat; oppoſito mō.

39 Si aliqua proportio maioris inequalitatis diuerſas proportiones inequales nūeret ꝑ diuerſos nūeros ipſas nūerabit maiorē ꝑ maiorē ⁊ minorē ꝑ minorē. Et ſi due inequales duas ꝑ eūdem nūerum nūerent nūerate erunt inequales ⁊ maior ꝑ talē nūerum a maiori illarū numerabitur ⁊ minor a minori in ꝓportionibus aūt minoris inequalitatis oppoſito modo.

40 Si aliqua proportio inequalitatis numeret aliquam inequalem ſibi erit illius pars aliquota.

41 Nulla ꝑs aliquota ꝓportionis maioris inequalitatis ē maior medietate eiuſdē. Nec aliq̄ ꝑs aliq̄ta ꝓportiōis minoris ineq̄litat' ē minor ꝓportio medietate eiuſdem.

42 Si minor duarū ꝓportionū maioris inequalitatis detrahatur ex maiori quo ad poſſit nulla remanebit aut remanebit minor illa minori. Et ſi maior duarū minoris inequalitatis detrahat ex maiori quo ad poſſit nichil remanebit aut remanebit maior illa maiori.

43 Si detracta minori ꝓportiōe maioris inequalitatis ex maiori quo ad poſſit ſuperſit aliqua maior non erit multiplex minoris. Et ſi maior non fuerit multiplex minoris minori ab ipſa detracta quo ad poſſit remanebit minor minori reſidua tamen pars maioris ab illa que ſupererit erit multiplex minoris vel illi equalis.

44 Si detracta maiori ꝓportione minoris inequalitatis ex minori quo ad poſſit ſuperſit aliquid maior non erit pars aliquota minoris Et ſi maior non fuerit pars aliquota minoris ipſa ex minori detracta quo ad poſſit remanebit maior maiori reſidua tamen pars ab illa que remanebit erit equalis illi maiori vel illa maior erit illius pars aliquota.

45 Si duarum ꝓportionum maioris inequalitatis inequalium minor fuerit pars aliquota maioris illa ex maiori detracta quo ad poſſit nichil ſupererit ⁊ ſi nichil ſuperſit ex tali detractione minor erit pars aliquota maioris. Si autem duarū ꝓportionum minoris i-

equalitatis inequalium maior ſit pars aliquota minoris ipſa ex minori detracta quo ad poſſit nichil ſupererit et ſi ex tali detractione nichil ſuperſit maior erit pars aliquota minoris.

46. **Si parte alicuius proportionis maiorata tota illa proportio** remanſerit equalis reliquã partem illius per tantum minorari ſicut illa maiorat̃ neceſſe eſt. Et ſi pte alicuius minorata tota remanſerit equalis reliquã partem eius per tantum maiorari ſicut illa minoratur neceſſarium erit.

47 **Si aliqua tota proportio ex plurib⁹ ptibus q̃ duab⁹ adequa**te reſultet et illa continuo remanente equali vna illarum partiũ minoretur et alia per tñ maioretur ſicut illa minuitur totum reſiduum illius proportionis ab illis partibus continuo manebit equale.

48. **Quelibet continẽtia alicuius in aliquo eſt equalis alicui con**tinentie alicuius q̃titatis continue in aliqua q̃titate ↄtinua et q̃libet quãtitas ↄtinua in quacũq; proportione maioris inequalitatis ad aliquã ptẽ eius ſe h3 et in quacũq; pportione minoris inequalitatis aliq̃ ps ſua in ordine ad ipã3 ſe h3. Et q̃l3 ſaltẽ finita i q̃cũq; mioris ineq̃litatis ad aliquã ſe hr̃e põt.

49. **Quelibet proportio equalitatis cum qualibet equalitatis eſt** eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime et quelibet cuilibet eſt ſimilis et equalis.

50 **Quelibet proportio maioris inequalitatis quacumq; propor**tione equalitatis aut minoris inequalitatis eſt maior. Et quelibet equalitatis quacumq; minoris inequalitatis ſimiliter eſt maior.

51 **Quecũq; pportiões equales ſũt ſimiles eiuſdẽ ſpẽi ſpẽaliſſĩe**

52 **Si duo equalia in eodem contineantur continentie illorum** in illo erunt equales. Et ſi idem in duobus equalibus ↄtineatur ↄtinentie illius in illis erũt equales

53 **Si inequalia in eodem ↄtineantur cõtinentie illorum in illo** erũt inequales et ↄtinentia minoris in illo maior ↄtinentia maioris in eodẽ. Et ſi idẽ i duob⁹ inequalib⁹ ↄtineat̃ ↄtinẽtie illi⁹ in illis erũt inequales et cõtinẽtiã illius in maiori maior ↄtinẽtia illius in minori.

54. **Si primum fuerit tota pars aliquota aut tot ſimiles partes** aliquote ſecundi vt tertium quarti continentia primi in ſecundo erit equalis ↄtinentie tertij in quarto et ex conſequenti ea proportio primi ad ſecundum que tertij ad quartum.

55 **Si continentia primi in ſecundo fuerit equalis continẽtie** tertij i quarto et pmũ ſit pars aliquota aut ptes aliquote ſecũdi erit tertium tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote quarti vt primũ ſecundi. Et ex ↄũti ſi duorum inequalium vnius ad alterum fuerit ea pportio que aliorum duorum inequaliũ vnius ad alterum et minus illoru3 ſit pars aliquota maioris erit minus aliorum tota pars aliquota maioris eorumdem ſicut minus illorum maioris ipſorum. ❡ Et ſi minus illorum fuerit ptes aliquote maioris illorum et nõ pars aliquota erit minus aliorum tot ſimiles partes aliquote maioris eorũdem ſicut minus illorum maioris ipſorum et minus aliorum non erit pars aliquota maioris.

Pro concluſionibus ponendis in hoc ſecundo aduerte q ipſe innumeris poſſunt demõſtrari aliter q̃ demonſtrabunt̃ puta ex alijs fundamẽtis in expoſitionibus diffinitionũ tactis q̃ habent̃ ex. 17. et. 20. et. 21. diffinitionib⁹. 7. Elementorũ Euclidis et ex duab⁹ vltimis diffinitionibus. 2. Elementorũ Arithmetices iordani et ex illis principijs ſolẽt arithmetico mõ demonſtrari ſed demõſtrationes ille nõ ſe extenderẽt ad alias pportiones q̃ nõ reperiunt̃ i nũeris et ↄcluſiones q̃ ponẽtur vniuerſalit̃ p oĩbus demõſtrabunt̃ pptereã illum modũ demõſtrãdi breuitatis cã pro nũc relinquimus et ppter dicẽda in materia de pportionib⁹ q̃ ad oẽs pportiones ſe extẽdunt hũc vniuerſalẽ modũ demõſtrãdi iſecuti ſumus alias tñ p illa principia et arithmetico more illas oẽs ↄcluſiones in nũeris demõſtrãdas pponimus. ❡ Preterea aduerte q ſcd̃m q euclides procedit in quinto elemẽtorũ oẽs dignitates et oẽs animi ↄceptiones ad pportiones applicare eſſent demonſtrande iordanus tñ illas oẽs ad pportiones applicatas ſupponit tãq̃ p ſe notas adeo bñ ſicut in alijs ſaltẽ eas ponẽdo eo mõ quo poſite ſũt ppter diſcrimẽ quod eſt inter ea q̃ poſitiue dñr et ea q̃ priuatiue dicuntur quo ad illas et ideo qr iordan⁹ vt i plurib⁹ in demõſtrationibus eas preſupponit et non eas ponit expreſſe nos ipſas poſuimus facilius enim percipient̃ demonſtrationes ipſis ſic expreſſe poſitis q̃ ſi non poſite preſupponerentur.

❡ Libri ſecundi propoſitiones.

1. **Si primi termini ad ſecundum fuerit ea proportio que** tertij ad quartũ fueritq; pmus maior ſcd̃o erit et tertius maior quarto. Et ſi pmus ſit minor ſcd̃o tertiũ minorẽ quarto eẽ op3. Si aũt pm⁹ fuerit eq̃lis ſcd̃o erit terti⁹ eq̃lis q̃rto

Sit a primi t̃mini ad b ſcd̃m ea pportio q̃ c tertij ad d

quartum. Tunc patet ꝓpoſitum. Si enim a ſit maior b ꝓportio ipſius ad b erit maioris inequalitatis ⁊ ex ꝯñti etiam e ad d erit igitur ex terminis e maior d. Si autem a ſit minor b, ꝓportio ipſius ad b erit minoris inequalitatis. ex terminis quare et ꝓportio e ad d. quare ex terminis e erit minor d. Et ſi a ſit equalis b ꝓportio ipſius ad b erit equalitatis. quare ⁊ ꝓportio e ad d. quare ex terminis e erit equalis d. patet igitur totum propoſitum.

Co. **Ex preſenti conſtat ꝙ ſi primus ad ſcðm fuerit vt tertius ad** quartum, ⁊ primus numeret ſecundum tertius equaliter numerabit quartum. ¶ Quia tunc primus erit equalis ſecundo vel eo minor. Et ſi equalis ex preſenti tertius erit equalis quarto. vnde ſatis cõſtat ꝓpoſitum. Et ſi primus fuerit minor ſcðo ex. 12. petitione ꝑmus erit pars aliquota ſcði quare per. 55. ſuppoſitionem tertius erit tota pars aliquota quarti vnde manifeſte conſtat propoſitum.

2 **Si quotcũq; termini equales eidem tertio ꝓportionẽtur, oẽs** proportiones prouenientes erunt equales. Et ſi idem quotcũq; equalibus proportionetur, omnes ꝓportiones prouenientes erunt inter ſe equales.

Hoc ideo eſt: quia ſi ille tertius ſit equalis vni illorum ex. 2. dignitate erit equalis cuilibet alteri eorumdẽ quare omes ꝓportiones ꝓuenientes erunt equalitatis ⁊ ex ꝯñti equales. Si aũt ille tertius ſit vno illorum maior ex. 3. dignitate erit etiam quocũq; illorũ maior et ꝑ. 52. ſuppoſitionem erit equalis ꝯtinentia vnius illorum in illo tertio ſicut cuiuſcũq; alterius eorumdẽ in eodem tertio quare ex terminis oẽs ille ꝓportiones erunt equales. Et ſi fuerit altero illorum minor ex tertia dignitate erit etiam quocũq; alio eorumdẽ minor ⁊ ꝑ. 52. ſuppoſitionẽ equalis erit continẽtia illius tertij in vno illorũ ſicut in quocũq; alio eorundem quare ex terminis oẽs ꝓportiones prouenientes erunt equales patet igitur primum. ¶ Secundi vero conſimilis eſt demonſtratio.

Co. **Ex preſenti ꝯſtat ꝙ ſi quotcũq; termini equales īter ſe totidẽ** equalibus inter ſe ꝓportionẽtur omnes ꝓportiones ꝓuenientes erunt equales Et ex ꝯñti ſi aliquarꝫ ꝓportionũ añtia fuerint equalia vel idem añs illis cõmune ⁊ ꝯſequentia etiam ſint equalia vel idem ipſis cõmune erunt ille ꝓportiones equales. ¶ Primũ patꝫ q2 cuiuſcũq; illorum ad quemlibet aliorum ꝑ pñtem eſt ea ꝓportio ꝙ ipſius ad quẽlibet alium eorumdẽ ⁊ etiam ex preſenti cuiuſlibet illorũ ad quemlibet aliorꝫ ea que cuiuſcunq; alterius eorumdem ad eundem aliorum quo habito ex ſecunda ſuppoſitione conſtat illud primum. Secundum autem conſtat ex primo.

3 **Si duo termini inequales eidẽ tertio ꝓportionẽtur, ꝓueniẽt** ꝓportiones inequales. ſimiliter ⁊ ſi idẽ duobus inequalib9 ꝓportionetur, ꝓueniẽt ꝓportiones inequales.

Primũ patꝫ q2 vel ille tertius eſt quolibet illorum maior, vel quolibet minor, vel vno maior ⁊ altero minor. ſi vltimũ, ex terminis vna illarũ ꝓportionũ erit maioris inequalitatis ⁊ altera minoris. quare ex. 50. ſuppoſitione ille erũt inequales ⁊ ſi ꝑmum, ex. 53. ſuppoſitione ꝯtinentia minoris illorum in illo tertio erit inequalis ꝯtinentie maioris in eodẽ. quare ex. 15. diffinitiõe ꝓportiones ille erunt inequales. Si aũt detur ſcðm, tũc ex. 53. ſuppoſitione cõtinentia illius tertij in vno illorum erit inequalis continentie illius in reliquo. quare ex. 15. ſuppoſitione ꝓportiones ille erunt inequales. q͛d eſt primum. ¶ Secundum autem conſimiliter demonſtratur.

1. co **Ex pñti ꝯſtat ꝙ ſi duo termini equales inter ſe, ꝓportionẽtur** duobus inequalibus inter ſe, ꝓuenient ꝓportiones inequales. ſimiliter ⁊ ſi duo inequales īter ſe duobus equalibus inter ſe ꝓportionentur, ꝓuenient ꝓportiones inequales. ¶ Primũ patꝫ. q2 per ꝑcedentem, cuiuſlibꝫ illorũ equalium ad quẽlibet aliorum eſt ea ꝓportio que alterius ad eundẽ. ⁊ ꝑ pñtẽ cuiuſcũq; illorum ad alios duos ꝓportiones ſũt inequales. ꝙ cuiuſcũq; illorꝫ ad quemlibet aliorꝫ eſt alia ꝓportio ꝙ reliqui ad reliquum, vnde conſtat primum. Secundum autem conſimiliter deducitur.

2. co **Patet vltra ꝙ ſi ꝓportionũ ſimiliũ añtia fuerint equalia, ea**rũdẽ ꝯñtia equalia eſſe oportet. Et ſi inequalia, inequalia. Et ſi earũ ꝯñia ſint equalia, erunt ⁊ earundẽ antecedentia equalia. ⁊ ſi inequalia, inequalia. ¶ Dato enim oppoſito alicuius iſtorum, accideret oppoſitum precedentis correlarij in forma.

3. co **Patet vltra ꝙ ſi ex cõparatione alicuius termini ad aliquos** duos ꝓueniant ſimiles ꝓportiones, illi duo ſunt equales. ⁊ ſi diſſimiles, inequales. Et ſi ex cõparatione aliquorũ ad aliquem ſimiles ꝓuenerint, illi ſunt equales. Et ſi diſſimiles, inequales. Dato enim oppoſito primi aut tertij, accideret oppoſitum preſentis in forma. ⁊ dato oppoſito ſecundi aut quarti, accideret oppoſitum precedentis in forma.

4. **Si duo termini inequales eidẽ tertio ꝓportionẽtur, maioris** ad illũ maior eſt ꝓportio ꝙ minoris ad eundẽ: illi9 vero ad maiorẽ illorꝫ minor ẽ ꝓportio, ꝙ illi9 ad minorẽ.

Sint a maior terminus, ⁊ b minor ꝓportionati e tertio. Tũc dico ꝙ a ad e maior eſt ꝓportio ꝙ b ad e, ⁊ e ad a minor ꝙ e ad b. Quia ſi e ſit quolibet illorũ minor, ex. 53. ſuppoſitione cõtinentia e in a maior erit continentia e in b. quare ex. 16. diffinitione ꝓportio a ad e erit maior ꝙ b ad e. ⁊ ex. 17. diffinitione e ad b maior ꝙ e ad a. Si aũt e ſit quolibet illorũ maior, tunc ex. 53. ſuppoſitione ꝯtinentia a in e erit minor ꝯtinentia b in e. quare ex. 17. diffinitione a ad e erit maior ꝓportio ꝙ b/

ad c.⁊ ex.16.diffinitione c ad b maioꝛ ꝙ c ad a ſed ſi c ſit vno illoꝛum maioꝛ ⁊ altero minoꝛ cū nō poſſit eſſe maioꝛ a ⁊ minoꝛ b, qꝛ tunc accideret oppoſitum.4.dignitatis, erit minoꝛ a ⁊ maioꝛ b/quare ꝓportio a ad c erit maioꝛis lequalitatis ⁊ b ad c minoꝛis ⁊ c ad b maioꝛis ⁊ c ad a minoꝛis quare ex.50 ſuppoſitione ꝓportio a ad c erit maioꝛ ꝙ ꝓportio b ad c ⁊ c ad b maioꝛ ꝙ c ad a. Et ſi c ſit eq̄lis a tūc a ad c erit ꝓportio equalitatis ſimiliter ⁊ c ad a ⁊ b ad c minoꝛis ⁊ c ad b maioꝛis quare ex.50.ſuppoſitiōe a ad c erit maioꝛ ꝓportio ꝙ b ad c ⁊ c ad b maioꝛ ꝙ c ad a. Et ſi c ſit equalis b tūc a ad c erit proportio maioꝛis lequalitatis ⁊ c ad a minoꝛis ⁊ b ad c equalitatis ⁊ c ad b ſimilit̄ equalitatis quare ex.50.ſuppoſitione a ad c erit maioꝛ proportio ꝙ b ad c ⁊ c ad b maioꝛ ꝙ c ad a cum igit̄ c non poſſit aliter ſe habere ꝙ aliquo iſtoꝛum modoꝛum conſtat totum propoſitum.

5 Si idem terminus ad duos inequales ꝓpoꝛtionetur ad quē ipſius maioꝛ fuerit ꝓportio minoꝛē ⁊ ad quē minoꝛ maioꝛē eſſe neceſſe eſt ſi duo lequales ad eundē tertium ꝯparentur cuius ad illum maioꝛ eſt ꝓportio maioꝛ erit ⁊ cuius ad ipſum minoꝛ erit minoꝛ.

Hec eſt conuerſa precedentis ⁊ pꝛima pars patet qꝛ ex tertia huius proportiones illius ad illos erūt inequales quo habito ſi detur oppoſitum illius ſtatim ſequitur oppoſitū ſecunde partis ꝑcedentis. ¶ Secunda pꝫ qꝛ ex.3.huius proportiones illoꝛum ad illū tertium erunt inequales ſi igitur detur oppoſitum illius ſequitur oppoſitum pꝛime partis precedentis patet igitur totum propoſitum.

1.co. Ex pꝛeſenti patet ꝙ ſi ex ꝯparatione alicuius ad aliqua duo ꝓueniant lequales proportiones ⁊ ꝯparentur illa ſecundū eandem rōnem illud ad quod maioꝛem habebit proportionū erit minus ⁊ ad quod minoꝛem maius. Et ſi ex ꝯparatione duoꝛum ad idem tertiū ꝓueniant proportiones inequales ⁊ ꝯpararentur ſecundū eandē rōnem illud quod habebit maioꝛem ꝓportionē ſupra illud erit maius ⁊ qđ minoꝛē min⁹. Eadē enī eſt demōſtratio cū demōſtratiōe pꝛius

2.co Ex hys duabus manifeſte cōſtat ꝙ ſi duoꝛū inequalium minoꝛi inuariatio maius creſcat ꝓportio maioꝛis ad illud minus maioꝛabit̄ minoꝛis ꝟo ad maius minorabitur. Et ſi mai⁹ decreſcat ꝓportio maioꝛis ad minus minoꝛabit̄ minoꝛis vero ad illud maioꝛabit̄. Et ſi maioꝛi inuariato min⁹ decreſcat ꝓportio maioꝛis ad illud maioꝛabit̄ minoꝛis vero ad illud minoꝛabitur. Et ſi creſcat proportio maioꝛis ad illud minorabitur illius, vero ad maioꝛem maioꝛabitur.

6 Si maioꝛis duarum ꝓpoꝛtionū inequaliū aīs fuerit minus aīte alterius vel illi equale erit ꝯñs illius minus ꝯñe alterius. Et ſi illius conſequens fuerit maius ꝯñe alterius vel illi equale antecedens eiuſdem erit maius antecedente alterius.

Sit a ad b maioꝛ ꝓportio ꝙ c ad d ⁊ ſit pꝛimo a equale c. Tunc dico ꝙ b eſt minoꝛ d qꝛ ſi ſit illi equalis per.2.huius a ad b erit ea proportio que c ad d quod eſt ꝯtra ypotheſim. Et ſi b ſit maioꝛ d per.4.huius a ad b erit minoꝛ ꝓportio ꝙ a ad d cum igit̄ per.2.huius a ad d ſit q̄ c ad d erit a ad b minoꝛ ꝙ c ad d quod eſt ꝯtra ypotheſim. ¶ Sit ſcđo a minoꝛ c. Tunc dico b eſſe minoꝛem d quia ſi ſit equalis d ꝑ.2.huius a ad d erit vt a ad b cum igit̄ ꝑ.4.huius c ad d ſit maioꝛ ꝓportio ꝙ a ad d erit c ad d maioꝛ ꝙ a ad b quod eſt contra ypotheſim. Et ſi b ſit maioꝛ d ꝑ.4.hui⁹ a ad d erit maioꝛ ꝓportio ꝙ a ad b cū igit̄ ꝑ eādem c ad d ſit maioꝛ ꝙ a ad d a foꝛtioꝛi c ad d erit maioꝛ ꝙ a ad b quod iterū eſt contra ypotheſim. ¶ Sit tertio b maius d vel illi equale. Tunc dico ꝙ a eſt maius c, quia dato oppoſito ſtatim ſequitur oppoſitum pꝛime partis huius in foꝛma.

7 Si pꝛimum ad ſecundum fuerit maioꝛ pꝛopoꝛtio ꝙ tertij ad quartum erit ſecūdi ad pꝛimum minoꝛ proportio ꝙ quarti ad tertium.

Sit a pꝛimi ad b ſecundū maioꝛ ꝓportio ꝙ c tertij ad d quartum. Tūc dico ꝙ b ad a eſt minoꝛ ꝓportio ꝙ d ad c. Quia ſi vtraq; illarum ſit maioꝛis inequalitatis ex.16.diffinitione maioꝛ erit ꝯtinētia b in a ꝙ d in c quare ex.17.diffinitione b ad a minoꝛ erit ꝓportio ꝙ d ad c quod eſt ꝓpoſitum. Si aūt vna illarum fuerit maioꝛis lequalitatis ⁊ altera minoꝛis pꝫ ꝙ a ad b ſit proportio maioꝛis inequalitatis ⁊ c ad d minoꝛis. qꝛ alias accideret oppoſitum.50.ſuppoſitionis ⁊ ꝑ ꝯñs b ad a eſſet proportio minoꝛis inequalitatis ⁊ d ad c maioꝛis quare ex.50.ſuppoſitione proportio b ad a minoꝛ erit ꝙ d ad c. Et ſi vna fuerit maioꝛis leq̄litat̄ ⁊ alia eq̄litat̄ ꝓportio a ad b erit maioꝛis leq̄litatis qꝛ alias cōtingeret oppoſitum.50.ſuppoſitionis ⁊ per ꝯñs b ad a eſſet proportio minoꝛis inequalitatis ⁊ d ad c equalitatis quare ex.50.ſuppoſitiōe ꝓportio b ad a minoꝛ erit ꝙ d ad c. Et ſi vna ſit ꝓportio equalitatis ⁊ altera minoꝛis lequalitatis proportio a ad b debebit eſſe equalitatis ⁊ c ad d minoꝛis lequalitatis alias ꝯtingeret oppoſitū.50.ſuppoſitionis ⁊ ꝑ ꝯñs ꝓportio b ad a erit equalitatis ⁊ d ad c maioꝛis lequalitatis quare ex.50.ſuppoſitione ꝓportio b ad a minoꝛ eſt proportione d ad c cum igitur non poſſint aliter ſe habere patet totum propoſitum.

8 Si duarū pꝛopoꝛtionū equaliū aīs vnius fuerit maius aīte alterius erit ⁊ conſequēs eiuſdē ꝯñe alterius maius. Et ſi minus minus ⁊ ſi equale equale. Et ſi cōſequens vnius fuerit maius ꝯñe alteri⁹ erit aīs eiuſdē mai⁹ aīte alt̄i⁹ ⁊ ſi minus min⁹ ⁊ ſi eq̄le eq̄le.

Sit a ad b ea ꝓportio que c ad d ⁊ ſit pꝛimo a maius c. Tunc dico ꝙ b eſt maius d. Quia ſi b ſit equale d tunc ꝑ.2.huius a ad b eſſet vt a ad d cū igitur per.4.huius a ad d ſit maioꝛ proportio ꝙ c ad d eſſet a ad b maioꝛ ꝙ c ad d quod eſt contra ypotheſim. Et ſi b ſit minoꝛ d ꝑ.4.huius

a ad b erit maior ꝓportio ꝙ̃ a ad d cū igitur ꝑ eandē a ad d ſit maior ꝓportio ꝙ̃ c ad d/a fortiori a ad b erit maior ꝙ̃ c ad d quod eſt cõtra ypotheſim. ¶ Sit ſecundo a minus c. Tunc dico ꝙ b eſt minus d qꝛ per primam partem preſentis d erit maius b. ¶ Sit tertio a equale c. Tunc dico ꝙ b eſt equale d. Hoc ex ſcđo correlario. 3. huius ꝯſtat. patēt igiť tria pͥma in ꝓpoſitione ꝓpoſita. Alia aūt ex hijs euidēter ꝯſtant dato enī oppoſito alicuius illorum ſtatim ſequitur oppoſitum alicuius iſtorum.

9 **Si primi ad ſecundum fuerit ea ꝓportio que tertij ad quartum erit conuerſim ſecundi ad primum vt quarti ad tertium conſimilis proportio.**

Hec oſtendit modum arguendi qui dicitur conuerſa ꝓportionalitas valere Sit igiť a pͥmi ad b ſcđm ea ꝓportio que c tertij ad d quartuȝ. Tunc dico qꝛ b ad a eſt que d ad c. Nā ſi a ſit equalis b ex pͥma huius c eſt equalis d quare ex terminis tam b ad a ꝙ̃ d ad c eſt ꝓportio equalitatis ⁊ per ꝯñs ille erunt equales. Et ſi a ſit maior b ꝑ pͥmam huius c eſt maior d. ⁊ ex terminis ꝯtinentia b in a eſt equalis ꝯtinentie d in c ergo ex terminis b ad a vt d ad c. Si autē a ſit minor b ꝑ primā huius c eſt minor d ⁊ ex terminis ꝯtinentia a in b equalis continentie c in d ergo ex terminis proportio b ad a que d ad c quod eſt propoſitum.

10 **Si quotcūqꝫ termini primo ordie diſponānť totidēqꝫ alij ſcđo** ordine diſponantur fueritqꝫ primi ad ſecundum in primo ordine ea proportio que primi ad ſecunduȝ in alio ⁊ ſecundi ad tertium ea que ſecundi ad tertium. Et ita deinceps erit primi ad vltimū in primo ordine que primi ad vltimum in ſecundo.

Hec oſtendit modū arguēdi qui dicitur equa ꝓportionalitas directa valere ipſā tñ demonſtrabo Et impͥmis ſi in vtroqꝫ ordine ꝑciſe tres termini ſumātur ꝑoſtea vero oñdam qualiť ſit ꝓcedendū ad oñdum ꝓpoſitum ſi plures vndiquaqꝫ ſumanť. Diſponanť igitur pͥmo ordine a b c termini quicūqꝫ fuerint ⁊ diſponantur ſcđo ordie d e f termini quicūqꝫ fuerit etiam ⁊ ſit a ad b vt d ad e ⁊ b ad c vt e ad f erit tūc cõuerſim b ad a vt e ad d ⁊ c ad b vt f ad e. Dico igitur ꝙ a ad c vt d ad f. Et ad hoc oñdendū dico ꝙ in tali caſu ſi a eſt maius c d eſt maius f ⁊ ſi minus minus ⁊ ſi equale equale qꝛ ſi a ſit maius c ꝑ. 5. huius ꝓportio c ad b eſt minor ꝙ̃ a ad b ⁊ ex ꝯñti ꝙ̃ d ad e cū igiť f ad e ſit q̃ c ad b erit f ad e minor ꝙ̃ d ad e ergo ꝑ pͥmum correlariū. 5. huius d eſt maius f ſi aūt a ſit minus c ꝑ. 5. huius ꝓportio c ad b eſt maior ꝙ̃ a ad b quare ⁊ ꝙ̃ d ad e ⁊ ex ꝯñti f ad e erit maior ꝙ̃ d ad e ergo ꝑ primū correlariū. 5. huius d eſt minus f ⁊ ſi a ſit equale c ꝯſtat d eſſe eq̃le f alias enim accideret oppoſitum alicuiꝰ iſtoꝝ q̃ ſtatim demonſtrata ſunt faciendo ex ſcđo ordine primū ⁊ ex primo ſcđm Hoc igiť ꝓbato pꝫ qđ ꝓpoſitū eſt. ¶ Et impͥmis pꝫ illud vbi duo illoꝝ terminorum in eodē ordine eſſent equales qꝛ ſi a ſit equale b ex prima huius d eſt equale e quare ꝑ. 2. huius a ad c vt b ad c ⁊ d ad f/ vt e ad f/ cum igiť b ad c vt e ad f erit a ad c/ vt e ad f. quare ⁊ vt d ad f. ¶ Et ſi b ſit equale c ꝑ pͥmā huius e eſt eq̃le f q̃re ꝑ. 2. huiꝰ a ad c vt a ad b q̃re ⁊ vt d ad e ſed ꝑ. 2. huius d ad e vt d ad f ergo a ad c vt d ad f. ¶ Et ſi a ſit equale c ꝑ dictū ſtatim d erit equale f/ eſt igitur a ad c vt d ad f patet igitur propoſitum vbi in aliquo duorum ordinum duo termini ſunt equales.

Jam ꝓbatur vbi nulli vnius ordinis ſunt equales Et impͥmis vbi a eſt maius b qꝛ tunc ꝑ pͥmam huius d erit maius e vel igitur b eſt maius c vel eo minus Si maius ex eadē e eſt maius f quare tota ꝓportio a ad c adequate ꝯponetur ex ꝓportionibus a ad b ⁊ b ad c/ ⁊ tota d ad f ex ꝓportionibus d ad e ⁊ e ad f cum igiť ex ypotheſi prime ꝑtes illarum ſint eq̃les ſimiliter ⁊ ſcđe erunt ꝑ. 17. ſuppoſitionem ille equales. ¶ Si aūt b ſit minus c ꝑ pͥmam huius e eſt minus f vel ergo c eſt minus a vel maius Si minus ꝑ dictū ſtatim f eſt minus d quare tota ꝓportio d ad e adequate ꝯponetur ex ꝓportionibus d ad f ⁊ f ad e ſicut tota a ad b ex ꝓportionibus a ad c ⁊ c ad b cum igitur ille tote ex ypotheſi ſunt equales ⁊ vltime partes earuȝ ꝓbate ſint equales per 17. ſuppoſitionem reſidue ꝑtes earū vt puta ꝓportiones a ad c ⁊ d ad f ſūt equales. ¶ Sed ſi c tūc ſit maius a ꝑ dictum ſtatim f eſt maius d quare tota proportio f ad e adequate cõponeť ex ꝓportionibus f ad d ⁊ d ad e ſicut tota c ad b ex ꝓportionibus c ad a ⁊ a ad b cum igitur ille tote ꝓbate ſint equales ⁊ due vltime partes earū ex ypotheſi ſīt equales ꝑ. 17. ſuppoſitionem reſidue ꝑtes earum puta ꝓportiones f ad d ⁊ c ad a erunt equales quare ꝑ conuerſam ꝓportionalitatem ꝓportiones a ad c ⁊ d ad f ſūt equales. Cõſtat igiť ꝓpoſitū vbi nulli termini euſdē ordinis ſūt eq̃les ſȝ a ē maiꝰ b

Jam ꝓbatur illud vbi nulli euſdē ordinis ſīt equales ſed a ē minus b qꝛ tunc ꝑ pͥmam huius d eſt minus e vel ergo tunc b eſt maius c vel eo minus. Si minus ꝑ eādem e eſt minus f quare tota ꝓportio a ad c adequate ꝯponetur ex ꝓportionibus a ad b ⁊ b ad c/ ⁊ tota d ad f ex ꝓportionibus d ad e ⁊ e ad f/ cū igitur ex ypotheſi pͥme partes illarum ſūt equales ſimiliter ⁊ ſcđe ꝑ. 17. ſuppoſitionē ille erunt equales. ¶ Si autē b eſt maius c per pͥmam huius e eſt maius f vel ergo c eſt maius a vel ē o minus ſi maius ꝑ ſtatim dictuȝ f eſt maius d quare tota ꝓportio d ad e adequate cõponetur ex ꝓportionibus d ad f ⁊ f/ ad e ſicut ⁊ tota a ad b ex ꝓportionibus a ad c ⁊ c ad b cū igiť ex ypotheſi ille tote ſint equales ⁊ vltime ꝑtes ꝓbate ſint equales ꝑ. 17. ſuppoſitione pͥme ꝑtes earum puta ꝓportiones d ad f ⁊ a ad c/ erūt equales. ¶ Si vero c ſit minus a per ſtatim dictum f erit minus d quare tota ꝓportio f ad e adequate cõponetur ex ꝓportionibus f ad d/ ⁊ d ad e ſicut ⁊ tota c ad b ex ꝓportionibꝰ c ad a ⁊ a ad b cū igitur ille tote ꝓbate ſint equales ⁊ ex ypo

theſi vltime ptes earum ſint equales p.17.ſuppoſitionem reſidue ptes illarū vt puta pportiones e ad a ⁊ f/ad d erunt equales quare per ↄuerſam pportionalitatem pportiones a ad c ⁊ d ad f erunt equales. ¶ Si aūt plures termini vtrīq; ſumerētur oñde p̄mo ſicut ſtatim φ p̄mi ad tertium in p̄mo ordine ſit ea pportio que p̄mi ad tertium in alio quo habito fac tertium ſcd̄m in primo ordine ⁊ quartū tertium ⁊ ita in alio ⁊ oñde etiam ſicut ſtatim φ primi ad illum quartum in primo ordine ſit q̄ primi ad quartum in ſecundo ⁊ ita ↄſequenter pcede donec ad vltimos deuenias.

1.co. Ex preſenti conſtat φ quibuſcūq; nūeris datis et ipſis quocūq; ordine diſpoſitis ↄtingit totidem quātitates ↄtinuas reperire ita ſe hñtes φ prime illarum ad ſecundā erit ea pportio q̄ p̄mi illorum numerorū ad ſcd̄m ⁊ ſcd̄e ad tertiā q̄ ſcd̄i illorum numerorū ad tertium ⁊ ita deinceps. ¶ Hoc eñ oñdam in tribus ⁊ pportionabiliter in quotcūq; pluribus poterit oñdi. Sint a b c/ quecūq; tres numeri ita diſpoſiti φ a ſit p̄mus b ſcd̄s ⁊ c tertius ⁊ ſit d vnitas ⁊ e quecūq; quantitas ↄtinua ⁊ ſumaī f/ ita ſe hñs ad e ſicut a ad d ⁊ g ita ad e ſicut b ad d ⁊ h ad e vt c/ ad d ⁊ hat f p̄ma g ſecunda ⁊ h tertia ⁊ tunc dico φ f ad g eſt ea pportio q̄ a ad b ⁊ g ad h que b ad c qz ex ypotheſi ⁊ ex conuerſa pportionalitate a ad d eſt que f ad e ⁊ d ad b que e ad g ergo per preſentem a ad b que f ad g ⁊ qz etiam ex ypotheſi ⁊ ex ↄuerſa pportionalitate b ad d eſt que g ad e ⁊ d ad e que e ad h p pñtem b ad c eſt que g ad h ptȝ igitur totum propoſitum. Et ſi plures ſumerentur numeri conſimiliter omnino poteſt demonſtrari propoſitum.

2.co Patet vltra φ ſi primi ad ſcd̄ȝ fuerit ea pportio que tertij ad quartum cuiuſlibet ptis aliquote p̄mi ad ſcd̄m erit ea pportio q̄ ſimilis partis aliquote tertij ad q̄rtum ⁊ primi ad quālibet ptem aliquotam ſecundi ea que tertij ad ſimilem partem aliquotam quarti ſi p̄mum habeat omnino tales ptes aliquotas ſicut tertiū ⁊ ediuerſo tertium ſicut p̄mum ⁊ ſcd̄m ſicut quartum. ¶ Sit eñ a ad b vt c ad d ⁊ e tota pars aliquota a quota f/ reſpectu c erit tunc e ad a/ vt f/ ad e quare p hāc pportionalitatem e ad b vt f ad d. Et ſi g ſit tunc tota ps b quota h reſpectu d erit tunc b ad g/ vt d ad h/ ergo p hanc pportionalitatē a ad g/ vt c ad h ↄſtat igitur totum propoſitum.

3.co Patet vltra φ ſi primum fuerit tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote ſecundi vt tertium quarti ⁊ ſecundum quinti vt quartum ſexti erit primū tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote quinti vt tertium ſexti. ¶ Quia tūc primi ad ſecundū erit ea proportio que tertij ad quartum ⁊ ſecundi ad quintum que quarti ad ſextum quare p hanc pportionalitatem prime ad quintum que tertij ad ſextum vnde ſatis conſtat propoſitum.

11 Si quotcūq; terminis primo ordīe diſpoſitis totidemq; alijs ſecūdo ordine diſpoſitis fuerit p̄mi ad ſcd̄m in p̄mo ea pportio q̄ penultimi ad vltimū in ſcd̄o ⁊ ſcd̄i ad tertium in eodem primo que antepenultimi ad penultimum in alio ⁊ ita deinceps erit primi ad vltimum in primo que primi ad vltimum in ſecundo.

Hec oſtendit modum arguendi qui dicitur equa proportionalitas indirecta eſſe efficacem ⁊ ipſā oñdam imp̄mis vbi preciſe tres termini vndiq; ſumuntur poſtea vero oñdam qualiter ſit pcedendum ad oſtendendū ppoſitum vbi vtrīq; plures ſumerentur ¶ Diſponātur igitur a b c q̄cumq; fuerint p̄mo ordine ⁊ d e f q̄cūq; fuerit ſcd̄o ordine ita tñ vt a ad b ſit vt e ad f ⁊ b ad c/ vt d ad e/ erit tunc p ↄuerſam pportionalitatem b ad a/ vt f ad e/ ⁊ c ad b/ vt e/ ad d. Dico igitur φ a ad c/ vt d ad f. Et ad facile oñdendum hoc dico φ in tali caſu ſi a ſit maius c/ d eſt maius f ⁊ ſi minus minus ⁊ ſi equale equale. Quia ſi a ſit maius c p.7.huius c ad b/ eſt minor pportio q̄ a ad b/ quare ⁊ q̄ e ad f/ cum igitur c ad b/ ſit que e ad d erit e ad d/ minor pportio q̄ e ad f/ ⁊ p ↄñs per p̄mum correlarium.5.huius d eſt maius f/ ſi aūt a ſit minus c p.5.huius c ad b/ erit maior pportio q̄ a ad b/ quare ⁊ q̄ e ad f/ ⁊ ex ↄñti e ad d/ erit maior q̄ e ad f/ ergo p p̄mum correlarium 5.huius d eſt minus f. Si aūt a ſit equale c/ ↄſtat tunc d eſſe equale f/ qz alias accideret oppoſitū alicuius iſtorum ſtatim demonſtratorum. Hoc igitur pbato ad ppoſiti demonſtrationem deueniamus. Et p̄mo patȝ illud vbi aliqui illorū terminorū in eodem ordine eſſent equales. Quia ſi a ſit equale b per p̄mam huius e erit equale f/ ⁊ p.2.huius d ad f/ erit vt d ad e/ quare ⁊ vt b/ ad c/ ⁊ quia per eādē a ad c/ vt b ad c/ erit a ad c/ vt d ad f. Et ſi b ſit equale c ex p̄ma huius d eſt equale e/ ⁊ per.2.huius d/ ad f/ vt e ad f/ quare ⁊ vt a ad b/ ⁊ quia p eandē a ad b/ vt a ad c erit a ad c/ vt d ad f. ¶ Et ſi a ſit equale c/ per dictum ſtatim d ⁊ f/ erunt equalia ſicut a ⁊ c/ vnde ſatis conſtat propopoſitū patet igitur ppoſitum ſi aliqui illorum terminorum in eodem ordine ſint equales.

Jam probatur illud ſi nulli in eodem ordine ſint equales et imprimis ſi a ſit maius b. Quia tūc ex p̄ma huius e erit maius f/ vel igitur tūc b/ erit maius c vel eo minus. Si maius ex eadē d eſt maius e quare tota pportio d ad f/ adequate cōponetur ex pportionibus d ad e/ ⁊ e ad f/ non ↄmunicātibus ſicut tota a ad c/ ex pportionibus a ad b/ ⁊ b ad c/ cū igitur ex ypotheſi p̄ma ps vnius ⁊ ſecunda alterius ſint equales ſimiliter ⁊ reſidue ptes illarū ex.17.ſuppoſitione a ad c/ erit equalis pportioni d ad f. ¶ Si aūt b ſit minus c/ ex prima huius d eſt minus e/ vel ergo tūc e eſt maius a vel minus. Si maius ex dicto ſtatim f eſt maius d/ ⁊ per ↄñs tota proportio e/ ad d/ adequate cōponetur ex pportionibus e ad f/ ⁊ f ad d/ ſicut tota c ad b/ ex pportionibus c/ ad a/ ⁊ a ad b/ cū igitur ille tote pbate ſint equales ⁊ ex ypotheſi ille ptes earum ſcȝ a ad b/ ⁊ e ad f/ ſint

equales reſidue partes vt puta e ad a/ ⁊ f ad d/ ex .17. ſuppoſitione erũt equales quare ꝑ ꝯuerſã ꝓportionalitatem ꝓportiones a ad e/ ⁊ d ad f/ erunt equales. ¶ Si aũt e eſſet minus a/ ꝑ dictũ ſtatim d eſt maius f cũ igitur d ꝓbatũ ſit minus e/ tota ꝓportio e ad f/ adequate ꝯponetur ex proportionibus e ad d/ ⁊ d ad f/ nõ ꝯmunicantibus ſicut ⁊ tota a ad b/ ex ꝓportionibus a ad e/ ⁊ e ad b/ nõ cõmunicãtibus cũ igitur ex ẏpotheſi ille tote ſint equales ⁊ ille ptes earum ſcʒ e ad b/ ⁊ e ad d/ ꝓbate ſint equales ex .17. ſuppoſitione reſidue partes earũ puta ꝓportiones a ad e/ ⁊ d ad f/ erunt equales ꝑʒ igitur propoſitum vbi nulli eiuſdem ordinis ſunt equales ſed a eſt maius b.

Jam probatur illud vbi a eſt minꝰ b. Quia tũc ex prima huiꝰ e eſt minus f/ ſi igitur tũc b ſit maius e/ ex eadem prima d eſt maius e/ faciã igitur nunc ex ſcd̕o ordine ꝑmum ⁊ ex ꝑmo ſcd̕m ⁊ ꝯcludam omnino vt ſtatim ꝙ d ad f/ vt a ad e. ¶ Sed ſi b ſit minus e/ per ꝑmã hꝰ d eſt minꝰ e/ quare tota ꝓportio a ad e/ adequate ꝯponetur ex ꝓportionibus a ad b/ ⁊ b ad e/ ſicut ⁊ tota d ad f/ ex ꝓportionibus d ad e/ ⁊ e ad f/ cuʒ igiẗ ex ẏpotheſi ꝑma pars vnius illaꝝ ⁊ ſcd̕a alterius ſint equales ſimiliẗ ⁊ reſidue ex .17. ſuppoſitione ille tote erũt equales. ꝑʒ igitur ꝓpoſitũ vbi in quolibet ordine ſumũtur ꝑciſe tres termini. ¶ Sed ſi plures termini vndiquaqȝ ſumerẽtur cõclude ꝑmo ſicut ſtatim ꝙ ꝑmus ad tertiũ in ꝑmo ſit vt añpenultimus ad vltimũ in alio ⁊ poſtea in ꝑmo ordine fiat tertius ſcd̕s ⁊ quartus tertius ⁊ ſic ꝑiẗ in alio añpenultimus fiat penultimus ⁊ imediate ꝑcedens ipſũ añpenultimus ⁊ ita deinceps ⁊ tũc ꝓportionabiliẗ ꝯclude ꝙ ꝑmus ꝑmi ordinis ſit ad illuʒ qui tunc eſt tertius ſicut ille qui in alio eſt antepenultimus ad vltimum eiuſdem ⁊ ita deinceps donec ad vltimum primi ordinis ⁊ ad primum alterius deueneris.

Co. Ex preſenti conſtat ꝙ ſi primũ fuerit tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote ſecundi vt quartũ ſexti ⁊ ſcd̕m quinti vt tertiũ quarti erit ꝑmum tota pars aliquota aut tot ſimiles partes aliquote quinti vt tertiũ ſexti. ¶ Quia tũc ꝑmi ad ſcd̕m erit ea proportio que quarti ad ſextum ⁊ ſecundi ad quintum que tertij ad quartum ergo per hanc proportionalitatem primi ad quintum que tertij ad ſextum vnde ſatis conſtat propoſitum.

12 Si primi ad ſecundũ fuerit maior proportio ꝙ̃ tertij ad quartum ⁊ ſecundi ad .5. maior ꝙ̃ .4. ad .6. vel ea que .4. ad .6. erit primi ad .5. maior ꝙ̃ tertij ad .6.

Hanc primo demõſtrabo in quãtitatibꝰ ꝯtinuis ex ꝯñti aũt in alijs. Sit igitur a ꝑmi ad b/ ſcd̕m maior ꝓportio ꝙ̃ e tertij ad d/ quartũ ⁊ b/ ad e/ quintũ maior ꝙ̃ d ad f/ ſextum vel eadẽ cũ illa ⁊ ſint oẽs iſti termini quãtitates ꝯtinue. Tunc dico ꝙ a ad e/ eſt maior ꝓportio ꝙ̃ e ad f/. Et imprimis ſi b ad e/ ſit ꝙ̃ d ad f. Quia dato oppoſito ſit g ad b/ que e ad d/ erit tunc g ad b/ minor ꝙ̃ a ad b/ ergo ꝑ ꝑmum correlariũ .5. huius g eſt minus a/ quare ꝑ .4. huius g ad e/ eſt minor ꝙ̃ a ad e/ cum igiẗ ꝑ equam ꝓportionalitatẽ directã g ad e/ ſit que e ad f/ erit e ad f/ minor ꝙ̃ a ad b. Sit iam b ad e/ maior ꝙ̃ d ad f/ ⁊ dato illius oppoſito ſit b ad g/ ꝙ̃ d ad f/ tũc per ꝑmũ correlariũ .5. huꝰ g erit maiꝰ e quare ꝑ .4. huius a ad g erit minor ꝓportio ꝙ̃ a ad e/ cũ igiẗ ꝑ ſtatim demõſtratũ a ad g/ ſit maior ꝙ̃ e ad f/ a fortiori a ad e erit maior ꝙ̃ e ad f/ ꝑʒ igitur ꝓpoſitum in quãtitatibus ꝯtinuis ⁊ ex ꝯñti in quibuſcũqȝ alijs pñt apparere. Q: dato oppoſito in aliqbus alijs ſumã a quantitatẽ ꝯtinuã ⁊ ſit a ad b quãtitatem ꝯtinuã ea ꝓportio ꝙ̃ primi illorũ terminorũ ad ſcd̕m hoc poterit cõtingere ꝑ .48. ſuppoſitionem ⁊ ſit b ad e/ ea ꝙ̃ ſcd̕i illorum terminorũ ad quintũ ⁊ ſit d/ vna alia quantitas ꝯtinua ⁊ ipſius e ad e/ ſit ea ꝓportio ꝙ̃ tertij illorum terminoꝝ ad quartum ⁊ e ad f/ que quarti ad .6. tũc ſi ꝯtingat oppoſitum pñtis in illis ꝯtingeret etiã oppoſitũ in his quãtitatibus ꝯtinuis qꝛ ꝑ equã ꝓportionalitatem directam a ad e/ erit ea ꝓportio ꝙ̃ primi aliorum terminorũ ad quintũ ⁊ d ad f/ ꝙ̃ tertij ad ſextum: cũ igitur ꝑ ſtatim demõſtratum nõ poſſit oppoſitũ ꝯtingere in his quãtitatibus ꝯtinuis ſeqtur ꝙ in nullis alijs terminis poterit ꝯtingere. ¶ Et ſi in hoc modo demõſtrandi tacto facias difficultatem ĩ aſſumptione g/ ꝙ̃titatis ſimiliẗ ⁊ in aſſũptione illarũ quãtitatũ ꝙ̃ aſſumũtur ad demonſtandũ ꝓpoſitum in alijs a nũeris ex eo ꝙ nõ docuimꝰ modũ inueniẽdi tales quãtitates ſe hñtes in talibus ꝓportionibus hoc nõ impedit demõſtrationes Sunt eñ demonſtrationes iſte ad impoſſibile ⁊ ꝯſimili mõ demõſtrat Euclides diſiunctã ꝓportionalitatẽ ĩ .5. ꝑſupponens aliqd̕ ſimile qd̕ nõ docuit. Et ꝯſimiliter etiã demonſtrat .2. ⁊ vltimã .12. ⁊ multas alias vbi facit demõſtrationes ad impoſſibile ⁊ ſimilia aſſumit ꝙ̃ nõ docuit nõ ergo eſt neceſſarium ꝓ talibus demõſtratiõibus ſcire reperire talia ſed ſatis eſt ꝙ talia ꝙ̃ ſumũtur poſſint eſſe ⁊ ꝙ poſſit eſſe apparet ex .48. ſuppoſitione in ꝯcluſionibꝰ ergo que vniuerſaliẗ ponenẗ ſatis erit demõſtrationes tãgere ĩ quãtitatibus ꝯtinuis: qꝛ ſi deẗ oppoſitũ in alijs ꝓportionabiliẗ ꝓcedẽdo ſicut ĩ pñti ꝯcludeẗ ꝙ deẗ oppoſitũ in ꝙ̃titatibꝰ ꝯtinuis qd̕ ẽ ĩpoſſibile.

Co. Ex preſẽti conſtat ꝙ in quibuſcũqȝ ſi primi ad ſecũdũ fuerit ea ꝓportio que tertij ad quartum ⁊ ſecundi ad quintum maior ꝙ̃ .4. ad .6. erit primi ad .5. maior ꝙ̃ .3. ad .6. Quia tunc per .7. huius .6. ad .4. erit maior ꝙ̃ .5. ad .2. ⁊ per conuerſam proportionalitatẽ .4. ad .3. que .2. ad primũ ergo per preſentem .6. ad .3. eſt maior ꝙ̃ quinti ad primum: ergo per .7. huius primi ad .5. maior ꝙ̃ .3. ad .6.

13. Si primi ad ſecũdũ fuerit maior proportio ꝙ̃ quarti ad ſextũ ⁊ .2. ad .5. maior ꝙ̃ .3. ad .4. vel ea que .3. ad .4. erit primi ad quintum maior ꝙ̃ .3. ad .6.

Hanc in quãtitatibus ꝯtinuis demõſtrabo ⁊ ex pñti in quibuſcũqȝ alijs ꝑ ſimilem ꝓceſſum ſicut in ꝓcedenti eius demõſtratio poterit ꝯſtare. ¶ Sit igitur a ꝑmi ad b/ ſecundũ maior ꝓpor

tio q̄ d.4.ad f.5.⁊ b ſecundi ad e quintū maior q̄ c tertij ad d quartū vel eadē cū ipſa ⁊ ſint hui⁹ oēs termini quātitates ꝯtinue. Tunc dico ꝙ ꝓportio a ad e/eſt maior q̄ c ad f. Nā dato oppoſito ſi b/ad e ſit q̄ c ad d/ſit g quātitatis ꝯtinue ad b ea que d ad f/tunc ꝑ equā ꝓportionalitatē īdirectā g ad e erit que c ad f. Et qꝛ g ad b minor eſt q̄ a ad b/per primum correlariū .5.huius g eſt minor a quare per .4.huius ꝓportio a ad e/erit maior q̄ g ad e/⁊ ꝑ ꝯñs q̄ c ad f. Si autem b ad e ſit maior q̄ c ad d/ſit g ad e/q̄ c ad d. Tunc per primum correlariū .5.huius g erit minus b quare per .4.huius ꝓportio a ad g/maior eſt q̄ a ad b/⁊ a fortiori q̄ d ad f ⁊ quia g ad e eſt que c ad d per ſtatim demonſtratū a ad e eſt maior q̄ e ad f.

1.co. **Ex pñti ꝯſtat ꝙ ſi primi ad ſcḋm fuerit ea proportio q̄ quarti** ad .5.⁊ ſcḋi ad quintum maior q̄ tertij ad quartum erit primi ad quintum maior q̄ tertij ad .6. ¶ Nā ſi a ad b ſit q̄ d ad f/⁊ b ad e/maior q̄ c ad d/tunc a ad e/eſt maior q̄ e ad f. qꝛ dato oppoſito ſit b ad/g que c ad d/tūc ꝑ equam ꝓportionalitatem indirectam a ad g erit que c ad f ⁊ qꝛ b ad g eſt minor q̄ b ad e ꝑ primum correlarium .5.huius g erit maior e quare ꝑ .4.huius ꝓportio a ad e erit maior q̄ a ad g ⁊ per conſequens maior q̄ e ad f.

2.co **Patet vltra ex hiis ꝙ ſi quotcūq; termini primo ordine diſpo**nantur ⁊ totidē alij ſcḋo ordine diſponantur ⁊ primi ad ſcḋm in primo non ſit minor ꝓportio q̄ primi ad ſecundū in alio nec ſcḋi ad tertium minor q̄ ſcḋi ad tertium ⁊ ita de alijs: ſed aliqua taliū primi ordinis aliqua taliū ſcḋi ſibi correſpondente ſit maior erit primi ad vltimum in primo ordine maior q̄ primi ad vltimum in alio ⁊ ſi primi ad ſcḋm in primo nō ſit minor q̄ penultimi ad vltimū in alio nec ſcḋi ad tertium q̄ antepenultimi ad penultimum in ſcḋo ⁊ ita deinceps donec ad vltimū primi ⁊ primū ſcḋi deueniatur ſed ſit aliqua taliū primi ordinis aliqua taliū ſcḋi illi correſpondente maior erit primi ad vltimū ī primo ordīe maior ꝓportio q̄ primi ad vltimū ī ſcḋo. ad oñdēdū hoc ex hiis duab⁹ ꝓcedētib⁹ eodē mō ꝓcedat̄ ſicut ad oñdēdū equā ꝓportiōalitatē directā ⁊ īdirectā ī plurib⁹ terminis q̄ ī trib⁹ ⁊ tūc facile deducet̄ ex ipſis ī forma.

14. **Si fuerint due ꝓportiones equales ⁊ aliquod multiplex āntis** vnius aliquo multiplici ꝯñtis eiuſdē fuerit maius eque multiplex āntis alterius ſicut illud āntis illi⁹ eq̄ multiplici ꝯñtis eiuſdē ſicut eſt illud ꝯñtis illius erit maius ⁊ ſi minus minus ⁊ ſi equale equale.

Que pñs ⁊ alie tres ſeq̄ntes ꝓponūt ſūt ꝓncipia Euclidis .5.elemētoꝝ in expoſitionib⁹ diffinitionū recitata que ꝓpter cā illic tactam ex nunc prius q̄ inſequimur in hac materia ꝓpoſuimus demonſtranda. ¶ Sit igit̄ a ad b/ea ꝓportio que c ad d. Tunc dico ꝙ ſi aliquod multiplex a/aliquo multiplici b ſit maius eque multiplex c ſicut illud a eſt maius ſimili multiplici d/ſicut ē illud b ⁊ ſi minus minus ⁊ ſi equale equale. Nā dato oppoſito ſit e multiplex a/maius f multiplici b/⁊ ſit g eque multiplex c ſicut e reſpectu a ⁊ h eque multiplex d ſicut f reſpectu b ⁊ non ſit g maius h/ſed ſit illi equale vel eo minus ꝯſtat tūc ꝙ proportio b ad f/eſt que d ad h/⁊ e ad a/q̄ g ad c. Quia igitur a ad b/vt c ad d/⁊ b ad f/vt d ad h/per equā ꝓportionalitatem directā a ad f/vt c ad h/⁊ quia e ad a/vt g ad c/iterum ꝑ equam ꝓportionalitatem directā e ad f/vt g ad h/cū igitur e ſit maius f per primā huius g erit maius h qḋ repugnat ypotheſi. Et ſi ponas e multiplex a eſſe min⁹ f multiplici b aut illi equale ⁊ g eq̄ multiplex c ſicut e reſpectu a nō ita ſe habere ad h eq̄ multiplex d ſicut f eſt reſpectu b ſimile inconueniens deducetur qꝛ eodem modo concludetur ꝙ e ad f ē ea ꝓportio que g ad h.

15. **Si due ꝓportiones ita ſe habeant ꝙ ſi aliquod multiplex āntis** vnius aliq̄ multiplici ꝯñtis eiuſdem ſit mai⁹ eq̄ multiplex āntis alteri⁹ ſicut illḋ āntis illi⁹ eq̄ multiplici ꝯñtis eiuſdē ſicut ē illud ꝯñtis illi⁹ eſt mai⁹ ⁊ ſi min⁹ min⁹ ⁊ ſi eq̄le eq̄le erūt ꝓportiōes ille equales.

Hec eſt conuerſa prioris ⁊ ipſā imprimis in quātitatibus ꝯtinuis demonſtrabo ⁊ ex ꝯñti in quibuſcūq; alijs. Sint igitur ꝓportiões a ad b ⁊ c ad d/ita ſe hñtes ſicut ꝓpoſitio ꝓponit ⁊ ſint omnes termini iſtarū quātitates ꝯtinue. Tūc dico ꝙ ꝓportio a ad b eſt que c ad d. Nam dato oppoſito ſi ꝓportio a ad b ſit maior q̄ c ad d ſit e ad b ea q̄ c ad d erit tūc illa minor q̄ a ad b ergo per primū correlariū .5.huius e eſt minor a ſumo ergo ꝑ tertiū correlarium .15.primi duos eque multiplices a ⁊ e quorum quilibet ſit maior b ⁊ eorum dr̄a ſit etiā maior b ⁊ ſit f tale multiplex a ⁊ g tale multiplex e ⁊ ſit h minimū multiplex inter multiplicia b maiora g ꝯſtat tūc illud eſſe minus f qꝛ aliās auferendo ſemel b ex ipſo remaneret multiplex b maius g quod repugnat ypotheſi. Sit inſup k eq̄ multiplex c ſicut f reſpectu a ⁊ g reſpectu e ⁊ ſit l eq̄ multiplex d ſicut h reſpectu b. tūc ex ypotheſi k erit maius l ſicut f eſt maius h. qꝛ igitur ꝓportio e ad b eſt que c ad d ⁊ b ad h eſt que d ad l ꝑ equam proportionalitatem directā e ad h eſt que c ad l ⁊ quia g ad e eſt q̄ k ad c. iterū per equā ꝓportionalitatē directam g ad h eſt que k ad l quod repugnat prime huius qꝛ g eſt minus h ⁊ k eſt maius l. nō ergo poterit a ad b eſſe maior ꝓportio q̄ c ad d. Et eodem modo ꝯcludetur ꝙ nō poſſit eſſe minor qꝛ faciendo alio ordine e primū ⁊ d ſcḋm a tertium ⁊ b quartū idē inconueniēs deducet̄ erit igit̄ a ad b que c ad d. ¶ Sed tam in quibuſcūq; alijs illud oſtenditur. Quia ſi in aliquibus poſſit oppoſitū dari ſint ꝓportiones a ad b ⁊ c ad d ſe hñtes vt ypotheſis ſupponit de quibus oppoſitum ꝯtingat ⁊ ſit e quantitatis ꝯtinue ad f quantitatē ꝯtinuam ea ꝓportio que a ad b ⁊ g quantitatis ꝯtinue ad h ꝯtinuam que c ad d ꝯſtat tunc ex ꝓcedenti ꝙ ſi aliquod multiplex e aliquo multiplici f ſit maius eq̄ multiplex a ſicut illud e eq̄ multiplici b ſicut illud e erit maius ⁊ ſi min⁹ min⁹ ⁊ ſi equale eq̄le quare ex ypotheſi ⁊ de primo ad vltimū ſi aliquod multiplex e aliq̄ multiplici f ſit maius eq̄ multiplex c ſicut illud e eque multiplici d ſicut illud f erit mai⁹ ⁊ ſi min⁹ minus ⁊ ſi equale eq̄le ⁊ qꝛ iterū ꝑ precedentē ſi aliquod multiplex

c/ aliquo multiplici d/ ſit maius eque multiplex g ſicut illud c/ eque multiplici h ſicut illud d/ eſt ma9 & ſi minus minus & ſi equale equale. ∴ de pmo ad vltimuz ſi aliqđ multiplex c aliquo f ſit maius eque multiplex g/ ſicut illud c/ eq̄ multiplici h/ ſicut illud f erit maius & ſi min9 minus & ſi equale equale et quia ex ypotheſi proportio a ad b non eſt que c ad d c ad f/ non erit que g ad h & per ꝯñs accideret oppoſitum ſtatim demonſtrati in quantitatibus continuis quod eſt impoſſibile.

16 **Si multiplex añtis alicuius proportionis aliquo multiplici** ꝯñtis ipſius fuerit maius & eque multiplex añtis alterius ſicut illud añtis illius eq̄ multiplici ꝯñtis euſdē ſicut illđ ꝯñtis illius non fuerit ma9 erit illa ꝓportio altera maior. Et ſi multiplex añtis alic9 aliquo multiplici ꝯñtis ipſi9 fuerit min9 & eq̄ multiplex añtis alteri9 ſicut illud añtis illius eque multiplici ꝯñtis euſdem ſicut eſt illud conſequentis illius non ſit minus erit illa proportio altera minor.

Sint a ad b/ & c ad d/ q̄cumq; due ꝓportiones & ſit pmo ita ꝙ e multiplex a/ ſit ma9 f multiplici b/ ſed g eque multiplex c/ ſicut e reſpectu a nō ſit maius h eque multiplici d ſicut f reſpectu b/ ſed ſit illi equale vel eo min9. Tūc dico ꝙ ꝓportio a ad b/ maior eſt q̄ c ad d. Quia dato oppoſito ſi a ad b eſſet que c ad d/ accideret oppoſitū añprecedentis & ſi a ad b ſit minor q̄ c ad d cuȝ b ad f ſit q̄ d ad h ꝑ .12. huius a ad f/ erit minor q̄ c ad h/ & qꝛ e ad a/ eſt que g ad c/ ꝑ correlariū .12. huius e ad f/ erit minor q̄ g ad h/ quod ē impoſſibile nō ergo poterit a ad b/ eſſe que c ad d/ nec ea minor erit igiť ipſa maior quod eſt pmuȝ. ¶ Sit iam ſcđo ita ꝙ e multiplex a ſit minus f multiplici b & g eq̄ multiplex c ſicut e reſpectu a nō ſit minus h eq̄ multiplici d/ ſicut f reſpectu d/ ſed ſit eo maius vel illi equale. Tunc dico ꝙ ꝓportio a ad b/ eſt minor q̄ c ad d. Nā dato oppoſito ſi eſſet illi equalis accideret oppoſitū añprecedētis & ſi ſit illa maior cū b ad f ſit q̄ d ad h ꝑ .12. huius a ad f erit maior q̄ c ad h & cū c ad a/ ſit q̄ g ad c/ per correlariū .12. huius c ad f/ erit maior q̄ g ad h quod eſt impoſſibile nō ergo poterit a ad b eſſe maior c ad d nec illi equalis erit igitur ipſa minor quod eſt ſecundum.

17 **Si aliqua proportio ſit altera maior aliquod multiplex an**tecedentis illius aliquo multiplici conſequentis eiuſdem erit maius & eque multiplex antecedentis alterius ſicut eſt illud antecedentis illius eque multiplici conſequentis eiuſdem erit minus.

Hanc in quātitatibus ꝯtinuis demōſtrabo & ex ꝯñti in quibuſcūq; apparebit eius demōſtratio. Sit igitur a q̄titatis ꝯtinue ad b q̄titatē ꝯtinuā maior ꝓportio q̄ c ad d/ & tunc patet ꝓpoſitum. Sit eñ e ad b q̄ c ad d & ſumo per tertiū correlariū .19. pmi f ad a/ & g ad e/ eque multiplicia ita ꝙ quolibȝ illoꝝ ſimuľ & ipſoꝝ dřa ſit maius duplo b & qꝛ ꝓportio e ad b eſt mior proportio q̄ a ad b ꝑ pmuȝ correlariū .5. huius a eſt maius e quare ex terminis & ex .29. dignitate f eſt maius g ſit ergo ita qꝛ iter multiplicia b maiora g ſit h minimū erit tūc h minus f aliaš aufferēdo ſemel b ex h remaneret maius g & ꝑ ꝯñs maius b qđ ꝑ tertiū correlariū .20. pmi & ex terminis adiuuante ypotheſi nūeraretꝛ ab ipſo b & ꝑ ꝯñs ex .12. petitiōe & ex terminis eſſet mlˀtiplex b quod repugnaret ypotheſi erit igitur h minus f/ ſit ergo k eq̄ multiplex c/ ſicut g reſpectu e erit ex ꝯñti eque multiplex c/ ſicut f/ reſpectu a. ſit inſuꝑ l eque multiplex d/ ſicut h reſpectu b erit tunc ꝑ .14. huius k minus l/ ſicut g eſt minus h. cum igitur f ſit maius h cōſtāt propoſitum in quantitatibus cōtinuis in quibuſcūq; alijs ꝓportionabiliť poteſt cōſtare ꝓpoſitum ſumptis eque multiplicibus in illis ſicut ſumuntur in quātitatib9 ꝯtinuis i qb9 ſūt eq̄les ꝓportiōes & illđ ꝯcludeť ꝑ equā ꝓportionalitatē facile adiuuāte pria h9.

18 **Si quotcumq; termini eiuſdem rationis in ordine ad totidē** alios eiuſdē rationis ita ſe habeant ꝙ pmi ad primum ſit ea proportio que ſecūdi ad ſcđm & que tertij ad tertium & ita deinceps erit cōpoſiti ex illis ad cōpoſitum ex alijs ea proportio que pmi ad pmū

Hec ꝓcedit vbi vndiquaq; ſumuñť termini in nūero finito vbi aūt caperēťur infinita añtia & infinita ꝯñtia & ex illis añtibus ꝯſtitueretur vnum infinitū & ex illis ꝯſequētib9 ſilr nō haberet verū ꝯcluſio qꝛ infiniti ad infinitum aut nulla eſt ꝓportio aut eſt proportio equalitatis. ¶ Sit igitur a ad b. ea ꝓportio que c ad d/ & que e ad f/ ſintq; a. c. e. eiuſdē rationis inter ſe ſimiliter & b. d. f. Tūc dico ꝙ ꝯpoſiti ex a. c. e. ad cōpoſitum ex b. d. f. eſt que a ad b/ ſumam g ad a & h ad c & k ad e eque multiplicia ſimiliť l ad b & m ad d/ & n ad f/ eque multiplicia erit tūc ꝑ pmum correlarium .10. pmi ꝯpoſitum ex g. h. k. eq̄ multiplex compoſiti ex a. c. e. ſicut g reſpectu a/ & ꝯpoſitū ex l. m. n. ita multiplex cōpoſiti ex b. d. f. ſicut l reſpectu b. & ꝑ .14. h9 pluries ſūptā adiuuātib9 .6. & .18. dignitatib9 ſi g addit ſuꝑ l ꝯpoſitū ex g. h. k. addit ſuꝑ ꝯpoſitū ex l. m. n. & ſi minuit minuit & ſi equat equat. ∴ ꝑ .15. h9 proportio a ad b/ eſt que compoſiti ex a. c. e. ad compoſitum ex b. d. f. quod eſt propoſitum. In quotcumq; pluribus conſimilis eſt demonſtratio.

Co. **Ex preſenti cōſtat ꝙ ſi duo termini eiuſdē rōnis fuerint eque** multiplices ad alios duos eiuſdē rationis erit illorū multiplicium eadem ꝓportio q̄ ſubmultiplicum ¶ Sint eñ c ad a/ & d ad b/ eque multiplices. Tūc dico ꝙ q̄ ꝓportio a ad b/ ea eſt c ad d. Diuido eniȝ c in ſuas ꝑtes equales a/ & d/ in ſuas quales b que ex ypotheſi & ex terminis erūt tot adequate ſicut ille i quas diuiſus eſt c/ & ꝑ correlariū .2. h9 pme c ad pmā d/ erit ea ꝓportio q̄ ſcđe ad ſcđaȝ & ita deinceps. ∴ ꝑ preſentem compoſiti ex illis oībus ꝑtibus c quod eſt ipſemet c/ ad compoſitum ex illis oībus d qđ eſt ipſemet d erit que pme c ad pmam d/ & ex conſequenti que a ad b quod eſt propoſitum.

Si primi ad ſecunduȝ fuerit ea proportio que tertij ad quar-

tum erit permutatū primi ad tertium que ſecundi ad quartum.

Hec oñdit modū arguendi qui dr̄ pmutata pportionalitas valere. Sit igit̄ a ad b vt c ad d. Tunc dico q̄ a ad c vt b ad d ſumā em̄ e ad a ⁊ f ad b eq̄ multiplices qualeſcū q̄ fuerit ſimulq̄ g ad c ⁊ h ad d eque multiplices erit tunc ex correlario precedētis e ad f vt a ad b ⁊ g ad h vt c ad d quare e ad f vt g ad h ergo per. 8. huius ſi e eſt maius g: f eſt maius h ⁊ ſi minus min⁹ ⁊ ſi equale equale ergo per. 15. huius a ad c vt b ad d quod eſt propoſitum.

Co. Ex p̄nti cōſtat q̄ cuiuſcū q̄ totius ad q̄dlibet aliud totū eſt ea

proportio que cuiuſcū q̄ partis aliquote illius ad totā partem aliquotā alterius ſi habeāt. ¶ Quia cuiuſcū q̄ ad qualʒ ſuā p̄tē aliquotā ē q̄ cuiuſcū q̄ alti⁹ ad ſuā p̄tē aliquotā q̄ hito ex p̄nti ꝯſtat illō

20 Si aliquid multiplicetur per aliquē numerum, erit product

ad multiplicatum ea proportio, que numeri multiplicantis ad vnitatem.

Sit a p̄ductū ex b in c numerū. Tūc dico q̄ a ad b vt c ad vnitatē. Qr̄ ex terminis quotiēs vnitas in c totiēs b in a quare ſi vnitas ſit eq̄lis c: b erit eq̄lis a vñ ꝯſtat ꝓpoſitū. Et ſi vnitas ſit p̄s aliq̄ta c: b erit tota p̄s aliq̄ta a ꝗre a erit eq̄ m̄tiplex b ſicut c reſpectu vnitat̄ vñ ꝯſtat ꝓpoſitū

Co. Ex p̄nti ꝯſtat, q̄ cuiuſcū q̄ p̄ducti ex duobus nūeris, ad quēlibet illorū, eſt ea ꝓportio que alterius ad vnitatē. Et ex ꝯñti, ſi quilibet illoꝝ ſit maior vnitate, talis p̄ducti ad quēlibet illoꝝ eſt ꝓportio multiplex a reliquo deniata. ¶ Primū patʒ q̄r p. 13. p̄mi illud p̄ductum ex quolibet illoꝝ numeroꝝ in alteꝝ p̄ducetur quo habito ex p̄nti ꝯſtat illud. Et ſecḋm cōſtat ex p̄mo eo cuiuſlibet nūeri maioris vnitate ad vnitatem eſt ꝓportio multiplex ab ipſo denominata.

21 Si idem numerus duo eiuſdem rationis, quecunq̄ fuerint,

multiplicet, erit proportio productorum que multiplicatorum. Et ſi duo numeri idem quodcunq̄ fuerit multiplicent, erit productorum ea proportio que illorum numerorum.

Sint a ⁊ b duo eiuſdē rōnis ⁊ ducāt̄ in c nūeꝝ. ⁊ ex a in c fiat d, e aūt ex b in c ꝯſtat tūc d ⁊ e eſſe eiuſdē rōnis. Dico igit̄, q̄ d ad e vt a ad b. Qr̄ ex precedēti d ad a vt c ad vnitatē ſimilit̄ e ad b vt c ad vnitatē quare d ad a vt e ad b. ergo ꝑmutatum d ad e vt a ad b quod eſt p̄mū. ¶ Secḋm p̄tʒ ducāt̄ a quodcū q̄ fuerit in b ⁊ c nūeros ⁊ ex a in b fiat d ⁊ ex a in c fiat e. Tūc q̄ d ad e vt b ad c. Quia ꝑ precedentē e ad a vt c ad vnitatem ergo conuerſim a ad e vt vnitas ad c ſed per precedentē d ad a vt b ad vnitatem ergo per equam proportionalitatem directam d ad e vt b ad c q̄d eſt ſecundū

1.co. Ex p̄nti conſtat q̄ qualiſcunq̄ eſt proportio alicuius ad alterum talis eſt cuiuſcū q̄ numerati ab illo ad equaliter numeratum ab alio. Et ſi idē numeret aliqua duo cuiuſcū q̄ illoꝝ nūeratorū ad reliquū erit ea ꝓportio q̄ nūeri ꝑ quē illō nūeratur ab illo ad numerum per quem reliquum numeratur ab eodem. ¶ Hec ex terminis ⁊ ex preſenti ſequuntur in forma.

2.co Patet vltra q̄ ſi quotcū q̄ termini continuo ꝓportionales in eundē numeꝝ ducātur q̄ p̄ducētur erūt termini ꝯtinuo ꝓportionales ſecḋʒ eādē ꝓportionē. Et ſi idē in quotcū q̄ nūeros ꝯtinuo ꝓportionales ducāt̄ p̄ducta erūt t̄mini ꝯtinuo ꝓportionales ſecḋm ꝓportionē illoꝝ nūeroꝝ ⁊ ita de diſcōtinuo ꝓportionalib⁹. Et ex ꝯñti ſi aliqua q̄cū q̄ fuerint ꝑ eūdē nūeꝝ nūerēt totidē alia ⁊ numerātia aut nūerata ſint ꝯtinuo aut diſcōtinuo ꝓportionalia erūt alia totidē ſimili mō ⁊ ſecḋm eādē ꝓportionē ꝓportionalia. Et ſi idē ꝑ quotcū q̄ nūeros nūeret totidē alia ⁊ nūrata aut nūeri illi ſint ꝯtinuo aut diſcōtinuo ꝓportionalia erūt alia illoꝝ ſīl̄i mō ⁊ ſecḋm eādē ꝓportionē ꝓportionalia. ¶ Hec om̄ia iteꝝ ex terminis ⁊ ex p̄nti pluries ſumpta manifeſtiſſime deducuntur.

3.co Patet vltra q̄ quarumcunq̄ ꝓportionum in numeris reperibiliū idē nūerus poteſt eſſe añs ⁊ quarumcū q̄ taliū idem poteſt eſſe ꝯñs. ¶ Quibuſcunq̄ em̄ talibus datis ſi añs prime ducatur in añs ſcḋe ⁊ añs tertie in p̄ductum ⁊ ita deinceps vltimo p̄ductus per primum correlarium. 21. adiuuante. 13. primi ab omnibus illis antecedentibus numerabitur quo habito ex primo correlario preſentis conſtat primum. Et ſecundum conſimiliter apparet.

22 Si primi ⁊ ſecundi coniunctim ad ſecundum fuerit ea ꝓportio que tertij ⁊ quarti coniunctim ad quartum erit primi ad ſecḋm vt tertij ad quartū ꝯſimilis ꝓportio

Hec oñdit modum arguēdi qui dr̄ diſiuncta ꝓportionalitas valere Sit igit̄ a primi ⁊ b ſecundi coniunctim ad b ea proportio que c tertij ⁊ d quarti cōiunctim ad d quartū. Tunc dico q̄ a ad b eſt q̄ c ad d. Sumā em̄ e ad a ⁊ f ad b ⁊ g ad c ⁊ h ad d eq̄ m̄tiplices tūc ꝑ p̄mū correlariū 17. primi totum e f erit eq̄ multiplex totius a b ſicut e reſpectu a ⁊ totū g h eque multiplex totius c d ſicut g reſpectu c quare totū e f ad a b ⁊ totū g h ad totū c d erunt eq̄ multiplicia. Sumam inſuper k ad b ⁊ l ad d eq̄ multiplicia ꝯſtat tūc ex terminis ⁊ p̄mo correlario. 35. p̄mi q̄ f k ad b ⁊ g l ad d ſunt eq̄ multiplicia ꝯſtat inſuꝑ q̄ ſi totū e f ſit maius toto f k: e eſt maius k ⁊ ſi min⁹ min⁹ ⁊ ſi equale eq̄le: ⁊ econuerſo. Hoc em̄ ex. 6. ⁊. 18. dignitatib⁹ manifeſte ſeq̄tur ⁊ ꝑ idē ſi totū g h ſit mai⁹ toto h l: g erit maius l ⁊ ſi minus min⁹ ⁊ ſi equale eq̄le ⁊ econuerſo ⁊ q̄r p. 14. hui⁹ ſi e f ē maius f k: g h erit mai⁹ h l ⁊ ſi minus min⁹ ⁊ ſi eq̄le eq̄le g de prio ad vltimū ſi e eſt mai⁹ k: g h erit maius h l ⁊ ſi minus min⁹ ⁊ ſi equale equale ergo iterū de p̄mo ad vltimū ꝑ ſtatim probatum ſi e eſt maius k: g eſt maius l ⁊ ſi minus minus ⁊ ſi equale equale ergo per. 15. huius proportio a ad b eſt que c ad d quod eſt propoſitum.

23 **Si p̄rimi ad ſecundum fuerit ea proportio que tertij ad quartum** erit primi ⁊ ſecundi coniunctim ad ſecundum que tertij ⁊ quarti coniunctim ad quartum.

Hec oñdit modū arguendi qui dr̄ ꝓportionalitas ꝯiuncta valere ⁊ poſſet ꝓportionabiliter demōſtrari ſicut p̄cedens in eadē diſpōne ſed alit̄ ⁊ clarius pōt demōſtrari ⁊ in p̄mis in quātitatibus ꝯtinuis eā demōſtrabo ⁊ ex ꝯñti in q̄buſcūq̄ alijs ꝑ ſepe dicta apparebit eiꝰ demōſtratio. ¶ Sit igr̄ a quātitatis ꝯtinue ad b quātitatē ꝯtinuā ea ꝓportio q̄ c ad d. Tunc dico q̄ a b ad b eſt q̄ c d ad d. Nā dato oppoſito ſit alicuius quātitatis ad d ea ꝓportio q̄ a b ad b illa erit maior d ꝑ p̄mā huius ſicut a b eſt maior b ſit ergo illa e d ita vt d ſit vna ps eiꝰ ⁊ e reſidua tūc ex p̄cedēti erit e ad d ea ꝓportio q̄ a ad b q̄re ⁊ q̄ c ad d ergo ꝑ tertiū correlariū .3. hꝰ e eſt eq̄lis c. q̄ p .7. dignitatē e d eſt equalis c d quare ꝑ .2. huius ꝓportio c d ad d eſt q̄ e d ad d ⁊ ꝑ ꝯñs q̄ a b ad b q̄d ē ꝯtra poſitū.

24. **Si primi ad ſecundum fuerit ea proportio que tertij ad quartum** erit primi ⁊ ſecundi coniunctim ad primum que tertij ⁊ quarti coniunctim ad tertium.

Hec oñdit modū arguendi qui dr̄ ꝓportionalitas euerſa ꝯiuncta valere. Sit igitur a p̄mi ad b ſcd̄z ea ꝓportio q̄ c tertij ad d quartū. Tūc dico a b ad a eſt q̄ c d ad c. Quia ex quo a ad b vt c ad d conuerſim b ad a vt c ad d ergo coniunctim a b ad a vt c d ad c quod eſt propoſitum.

25 **Si primi et ſecundi coniunctim ad primum ſit ea proportio** que tertij ⁊ quarti coniunctim ad tertium erit primi ad ſcd̄m vt tertij ad quartum ꝯſimilis ꝓportio.

Hec oñdit modum arguendi qui dr̄ euerſa ꝓportionalitas diſiuncta valere. Sit igit̄ a primi ⁊ b ſcd̄i ꝯiūctiz ad a ea ꝓportio q̄ c t̄tij ⁊ d q̄rti ꝯiūcti ad c. Tūc dico q̄ a ad b vt c ad d. Quia ex quo a b ad a vt c d ad c diſiunctim b ad a vt d ad c ergo per conuerſā proportionalitatez a ad b vt c ad d quod propoſitum.

Co. **Ex his ſex modis arguendi demonſtratis aliorū multorū mo**dorū arguēdi efficatia ꝯſtat in p̄mis eñ ꝯſtat iſtos oēs eſſe efficaces a b ad b vt c d ad d. ergo a b ad a vt c d ad c ⁊ e diuerſo ſimilit̄ a ad b vt c ad d q̄ a ad a b vt c ad c d ⁊ b ad a b vt d ad c d. Similiter a b ad b vt c d ad d ergo b ad a vt d ad c. ¶ Primus eñ iſtorū modorū argumētandi vocat̄ ab aliquibꝰ ꝯuerſa ratio, ⁊ tenet ex eo q̄ ꝑ diſiunctā ꝓportionalitatē ex illo añte īfert̄ q̄ a ad b vt c ad d ⁊ ex illo ꝯñte ꝑ euerſā ꝓportionalitatē coniunctā infert̄ q̄ a b ad a vt c d ad c ⁊ ex ꝯñti de p̄mo ad vltimū cōſtat illū modū arguēdi eſſe efficacē ⁊ ꝓportionabiliter oēs alij tacti per ꝯñas de p̄mo ad vltimum ex modis arguendi demōſtratis manifeſtiſſime eliciuntur. Similiter a ad b vt c ad d. ergo a b ad c d vt a ad c. ⁊ vt b ad d. Similiter a b ad b vt c d ad d ergo a ad c vt b ad d ⁊ ita de multis alijs.

26 **Si totius ad totū fuerit ea proportio que detracti ad detrac**tum erit reſidui ad reſiduum que totius ad totum. Et ſi reſidui ad reſiduum ſit que detracti ad detractum erit totius ad totum que reſidui ad reſiduum.

Primū patet ſit a b totus ad c d totum vt a detractus ad c detractum. Tunc dico q̄ b ad d vt a b ad c d. Nā eñ a b ad c d vt a ad c ꝑmutatim a b ad a vt c d ad c q̄ diſiūctiz b ad a vt d ad c quare ꝑmutatum b ad d vt a ad c ⁊ ꝑ ꝯñs vt a b ad c d q̄d eſt p̄mū. ¶ Scd̄m patz ex .18. huius.

1. co. **Ex p̄nti ꝯſtat q̄ ſi fuerint duo inequalia et a quolibet illorū** auferatur aliq̄d q̄d ſit tota ps aliquota aut tot ſimiles ptes aliquote ipſius ſicut minꝰ illorū reſpectu maioris aut ī eadē ꝓportione ſe habeat ad illud ſicut minꝰ ad maius erit tunc reſidui maioris ad reſiduum minoris q̄ maioris ad minus. ¶ Quia ſi ex a b maiori c d detrahatur a ⁊ ex c d auferat̄ d. ⁊ a ad a b ⁊ d ad c d ſe habeant vt ſupponitur tunc ex ypotheſi adiuuante .54. ſuppoſitione a ad a b erit ea proportio que c ad c d ergo conuerſim a b ad a que c d ad c quare permutatum a b totius ad c d totum que a detracti ad c detractum: ergo per preſentem b ad d que a b ad c d.

Circa primā diffinitionē eſt aduertēdum φ numerus ṗmus ſic diffinitꝰ ab Euclide .7. elemētoꝝ diffinitiōe .; . numerus ṗmus dꝛ qui ſola vnitate meritꝰ q̄ diffinitio nō ſic intelligēda eſt φ nūerus ṗmus dicatꝰ ille qui a ſola vnitate nūeratꝰ q: cū q̄libet nūerus nūeret ſeipſū nullus eſſet nūerus ṗmus ⁊ etiā vnitas deberet poni nūerus ṗmus cū numeret ſe illud tn̄ falſū eſt q: tunc ꝯcluſio illa que ſolet poni oīs numerus ṗmus ad oēm quē3 numerat eſt ꝯpoſitus falſa eſſet nec valeret forte dicere φ ſcd̄m intētione Euclidis nō quilibet nūerus nūerat ſeipſū q: tunc quicūq3 duo nūeri quoꝝ alter eſt ṗmus eſſēt adinuicē ṗmi hoc pt3 euidēter ex diffinitione .7. 7. elementoꝝ eius vbi ſic diffinit nūeros cōtra ſe primos Numeri ꝯtra ſe ṗmi dr̄ qui nullo nūero excepta ſola vnitate nūerantur ex qua diffinitione euidenter ſeqtur illud ſi dicatꝰ φ nō quilibet nūerus nūerat ſeipſum ſi em̄ illud eſſet veru3 ꝯtingeret de quocūq3 nūero ṗmo ⁊ tūc ꝯſtat ꝓpoſitū ꝓpterea igitꝰ diffinitio illa nūeri ṗmi data ab Euclide ſic intelligēda eſt Nūer⁹ ṗmus eſt nūer⁹ nō hn̄s ptē aliquotā ṗter vnitatē. Boeti⁹ tn̄ in ſua arithmetica in diffinitiōe nūeri ṗmi ponit ly nūer⁹ īpar loco gn̄is ſed ſcd̄3 ipſi⁹ diffinitionē nūer⁹ binari⁹ nō eſſet ṗin⁹ cui⁹ oppoſitū ſcd̄m euclidē ⁊ ſcd̄m iordanū eſt verū ymo etiā ⁊ ſcd̄m ip̄3 Boetiū nūer⁹ binari⁹ nūer⁹ ṗmus dici debet alias em̄ aliq3 eſſet nūer⁹ diſtinguēdo nūeꝝ ꝯtra vnitatē q̄ nec eſſet ṗm⁹ nec ꝯpoſit⁹ hoc pt3 de nūero binario ſi em̄ ille eſſet ꝯpoſit⁹ ſcd̄3 diffinitionē nūeri ꝯpoſiti datā ab ipſo q̄libet nūerus eſſet ꝯpoſit⁹. Ꝓpterea hec igitꝰ nō eſt addēda illa particula i tali diffinitione ſ3 diffinitio illa prima data ſufficiens erit. Et ad boetium oporteret dicere φ eſt vitium

ſcriptoris vel impreſſoris ⁊ ꝙ ipſe nõ poſuit particulã illam in diffinitione. Ex illa diffinitione patet manifeſte ꝙ cuiuſlibet numeri pmi vnitas eſt ps aliquota ⁊ ex ꝯſiti ꝙ vnitas non eſt nũerus pmus ⁊ ppterea diffinitio data ſic intelligẽda erit nũerus pmus eſt numerus cuiꝰ vnitas eſt pars aliquota nõ hñs partẽ aliquotã q̃ ſit nũerus maior vnitate. Nũerus pmus ſcðm Boetiũ dr incõpoſitus ꝙ nõ debet itelligi ſic ꝙ oĩ careat ꝯpoſitiõe ſʒ ad hũc ſẽſũ vez ꝙ nullã habeat ptẽ aliquotã pt̃ vnitatẽ

Circa ſcðam diffinitionem eſt aduertendũ ꝙ nũerus cõpoſitus ſic diffinitur ab Euclide. 7. elementorum diffinitione. 6. Numerus ꝯpoſitus dr quẽ alius metitur. Que diffinitio ſic intelligẽda eſt. Nũerus ꝯpoſitus eſt numerus hñs partẽ aliquotã pter vnitatem. Et Jordanus. 3. elementorũ arithmetice ſue ſic diffinit numerũ ꝯpoſitum. Cõpoſitus vero qui habet aliũ numeꝝ ipſum numerantẽ. Que diffinitio nõ ſolum ſic intelligẽda eſt ꝙ nũerus ꝯpoſitus dicatur ille qui habet aliũ numeꝝ pter vnitatez ipm numerãtem: qꝛ tunc qlibet numerus eſſet ꝯpoſitus. Sed ſic vez ꝙ habeat alium numeꝝ ab ipſo diſtinguẽdo numerum ꝯtra vnitatẽ ipm numerãtem Et in idẽ reddit dare diffinitionem illam ſic intellectã ⁊ dare ipſam ſicut data eſt quia ſi aliquis nũerus ab aliquo alio ab ipſo preter vnitatem numeretur ex. 12. ꝓpoſitione ille habebit partem aliquotam preter vnitatem.

Circa tertiam diffinitionẽ eſt pmo aduertẽdum ꝙ idez intelligimus ꝑ iſtos tres terminos nũeri ꝯmenſurabiles nũeri ꝯmunicantes numeri adinuicẽ ꝯpoſiti. Hoc ſuppoſito diffinitio illa ſatis clara eſt ſed ſcðm Euclidẽ. 7. elementoꝝ diffinitione. 8. ſic diffiniunt numeri adinuicẽ ꝯpoſiti. Numeri adinuicẽ ꝯpoſiti ſiue ꝯmunicantes dñr quos alius numerus q̃ vnitas metitur nulluſq; eorum eſt ad aliũ pmus. In qua diffinitione videt pſupponere ꝙ idẽ numerus ſit mẽſura ſui ipſius [illegible] eſſet nũerus ternarius ⁊ nũerus ſenarius nõ eſſent adinuicẽ ꝯpoſiti cuius oppoſitũ ipſe ⁊ omnes alij in hac materia loquẽtes imaginãtur ⁊ ex ꝯñti videt eſſe repugnãtia qꝛ in diffinitiõe numeri pmi videtur oppoſitũ pſupponere ⁊ ppterea nõ reſpiciẽdum eſt ad rigorẽ verboꝝ ſed dicẽdum eſt ꝙ diffinitio illa quã ipſe dat intelligenda eſt ad ſẽſum huius. 3. diffinitionis. Sed Jordanus ſic diffinit illũ terminum. Cõmenſurabiles ſiue ꝯmunicantes vocãtur quos ꝯmuniter aliqs numerus numerat. Et in idẽ reddit cũ diffinitione data qꝛ capit in ea iꝫ numerus put ꝯtra vnitatem diſtinguit. Ex iſta diffinitione patʒ ꝙ hec ꝯña non valet iſti numeri ſũt adinuicẽ ꝯpoſiti ergo qlibet coꝝ eſt ꝯpoſitus patet de numero ternario ⁊ ſenario ymo non ſequeretur ex illo antecedente ꝙ aliquis eorum eſſet compoſitus. Hoc patet de duobus numeris equalibus quorum quilibet eſt primus.

Circa quartã diffinitionem eſt ſuppoñedũ ꝙ idem intelligimus ꝑ iſtos tres terminos nũeri ꝯtra ſe pmi numeri incõmenſurabiles nũeri nõ ꝯmunicantes. Eſt vltra ſupponendũ ꝙ ppter cauſã tactam in expoſitione pme diffinitionis eſto ꝙ vnitas nõ ſit numerus pmus ipa ⁊ quilibʒ numerus debẽt poni adinuicẽ pmi ⁊ ppterea in hac diffinitione non pceditur de nũeris quẽlibʒ eorum ꝯtra vnitatẽ diſtinguẽdo. His ſuppoſitis diffinitio illa clara eſt. Et illam eandẽ diffinitionẽ aſſignat Euclides illi termino. 7. elementoꝝ diffinitione. 7. ⁊ Jordanus etiã in principio tertij elementoꝝ ſue arithmetice diffinitione. 4. Ex qua diffinitione euidẽter ꝯſtat ꝙ iſta ꝯña non valet iſti nũeri ſũt adinuicẽ pmi. ꝰ aliqs eoꝝ eſt pmꝰ patʒ de nũero. 9. ⁊ de nũero. 8. Ex hijs duabꝰ diffinitionibꝰ ꝯſtat ꝙ ſi quotcũq; nũeri fuerint ꝯmenſurabiles qcunq; illoꝝ erunt etiã ꝯmenſurabiles. Et ſi aliquorum quotcumq; fuerint aliqui ſint adinuicem primi illi omnes erunt adinuicem primi.

Circa vltimã diffinitionẽ eſt ſupponendũ ꝙ idem ſolet intelligi in hac materia ꝑ terminos pportionis ⁊ ꝑ radices pportionis ⁊ ꝑ terminos in aliqua pportione minimos. Et ppterea ꝑ terminos pportionis nõ intelliguntur ſiñs ⁊ ꝯñs ſicut in multis alijs loqutionibus ſed ad tollẽdum equiuocationẽ meliꝰ eſſet vti iſto t̃mino radices pportiõis ꝓ t̃minis minis alicuiꝰ pportionis. Tũc aduerte ꝙ diffinitio illa ſic poſita eſt ve ſecludunt nũerꝰ. 10. ⁊ nũerꝰ. 6. vñ eſto ꝙ. 10. ad. 6. ſit pportio ſupquadripatiens ſextas ⁊ non poſſit aliqua ſupꝑ quadripatiens ſextas in minoribus nũeris reperiri non tñ ppterea illi dicunt minimi in eoꝝ pportione qꝛ pportio ſupbipatiens tertias eſt equalis illi et in minoribus numeris repitur nec incõueniens ꝙ ſint due equales pportiones ⁊ vna aliquo modo denoiet quo alia non denominet ⁊ in multis alijs numeris ſimile ꝯtingit ppter hoc igitur ꝯſtat ꝙ nulli numeri dicunt in ſua pportione minimi niſi illi ita ſe habeant ꝙ non ſit poſſibile in equali pportione cum pportione illoꝝ aliquos minores ipſis reperire. Eſt tñ aduertendũ circa iſta ꝙ interdũ vtuntur doctores iſtis terminis in hac materia numerus ad aliquẽ pmus numerus ad aliquem compoſitus. Et nõ dicet numerus ad aliquẽ pmus ideo qꝛ ſit pmus ſed quia eſt illi incõmenſurabilis nec dicetur aliquis ad aliquẽ ꝯpoſitus qꝛ ſit ipe ꝯpoſitus ſed quia eſt illi cõmenſurabilis. Et ppterea ſicut habʒ Boetius in ſua arithmetica nũerus ſolũ ad alterum pmus dicetur qui ſcðm ſe ꝯpoſitus eſt ſed alteri ꝯparatus ẽ ei incõmenſurabilis ⁊ ꝑ idẽ nũerus ſolũ ad alteꝝ ꝯpoſitus dicetur q̃ ſcðm ſe eſt pmus alteri tñ ꝯparatus eſt ei cõmenſurabilis Et ex hijs apparẽt illorum terminorum diffinitiones.

Ex hijs ſatis poteſt ꝯſtare ꝙ refert loqui de cõmẽſurabilitate nũerorum eo modo quo ibi ſit mẽtio ⁊ loqui de ꝯmenſurabilitate ipſoꝝ ſicut in vltimis diffinitiõibus primi qꝛ illo mõ quicũq; duo nũeri ſũt ꝯmenſurabiles ⁊ qlibet eſt ꝯmẽſurabilis vnitati nõ aũt iſto mõ. Itẽ loquendo illo mõ quecũq; que ſũt ꝯmenſurabilia vni tertio ſunt inter ſe ꝯmenſurabilia nõ aũt loquendo hoc modo quicũq; duo numeri qui ſũt ꝯmenſurabiles vni tertio ſunt inter ſe ꝯmenſurabiles. Hoc patʒ de nũero ternario ⁊ quaternario. Itẽ loquendo illo modo ſi aliqd ſit ꝯmenſurabile alicui toti ⁊ detracto ex ipſo illud eſt ꝯmenſurabile reſiduo nõ aũt ita ꝯtingit de nũeris hoc modo loquẽdo nũerus eñ. 20 eſt ꝯmenſurabilis nũero. 28. ⁊ numero. 2ς. non tñ numero ternario. Itẽ loquendo illo modo ſi aliqd ſit cõmenſurabile detracto ex aliquo ſimiliter ⁊ reſiduo illud eſt ꝯmenſurabile illi toti non aũt ſimile cõ

tingit de nũeris hoc modo loquẽdo nũerus enĩ.6.eſt ꝯmenſurabilis numero.9.⁊ nũero.4.non aũt numero.13. Jtẽ loquendo illo modo ſi duarũ ꝓportionum ſimilium aĩs vnius ſit ꝯmenſurabile ꝯñti euſdẽ erit ⁊ aĩs alterius ꝯmenſurabile ꝯñti euſdẽ nõ aũt ĩ nũeris ſimile ꝯtingit loquẽdo hoc modo ptʒ de ꝓportionibus.6.ad.8.⁊.3.ad.4. Jtẽ loquẽdo illo modo ſi pmi ad ſcðʒ fuerit ea ꝓportio que tertij ad quartum ⁊ vnũ illoꝝ fuerit ꝯmenſurabile alijs duobus eorũdem quodlibet illorum cuilibet eorundẽ erit ꝯmenſurabile nõ autẽ ſimile ꝯtingit in nũeris hoc modo loquẽdo ſicut patʒ in exemplo tacto ſtatim. Jtẽ loquendo illo modo non eſt poſſibile dare tria incõmenſurabilia quorum q̃cũqꝫ duo ſint adinuicẽ ꝯmenſurabilia in numeris autem bñ poteſt illud ꝯtingere loquẽdo iſto modo multa alia diſcrimina poſſent etiam aſſignari que propter breuitatem relinquo. Horum omnium demonſtrationes apparebunt in hoc libro ⁊ in octauo.

¶ Tertij libri propoſitiones.

1 **Q**uilibet nũerus primus cuilibet quẽ numerat eſt commenſurabilis. Cuilibet autem quem non numerat eſt incommenſurabilis.

Sit a numerus pmus qui nũeret b ⁊ ſit c alius nũerus quẽ a nõ numeret. ¶ Tunc dico pmo ꝙ a eſt ꝯmenſurabilis b. Dico ſecundo ꝙ a eſt incõmenſurabilis c. ¶ Primũ ptʒ qꝛ ex terminis a eſt maioꝛ vnitate cum igiẜ a numeret b ⁊ nũeret etiã ſe ex terminis a ⁊ b erunt ꝯmenſurabiles quod eſt pmum. ¶ Scðm ptʒ quia dato oppoſito ex terminis aliquis ꝑter vnitatẽ nũerabit a ⁊ c qui ſit d cũ igiẜ ex ypotheſi d non ſit equalis a nec ſit maioꝛ a erit minoꝛ a q̃ cũ nũeret a ꝑ.12.petitionẽ eſt ps aliquota a quare ex terminis a erit ꝯpoſitus quod eſt ꝯtra ypotheſim.

1.co. Ex pñti ꝯſtat ꝙ ſi aliquis nũerꝰ primꝰ ſit alicui ꝯmẽſurabilis ille pmꝰ illũ nũerat. Qꝛ dato oppoſito ꝯñtis huiꝰ cũ añte ſequiẜ in forma oppoſitũ ſcðe ptis pñtis.

2.co. Patet vltra ꝙ quilibʒ nũerus ꝑter vnitatẽ aliquẽ nũerans ẽ illi cõmenſurabilis. Et ex cõſequenti quilibet talis cuilibet ſibi equali eſt ꝯmenſurabilis ⁊ ex ꝯñti ſi aliqui duo numeri quoꝝ quilibet eſt maioꝛ vnitate ſit icõmẽſurabiles nullus illoꝝ nũerat alterũ aut eſt pars aliquota alterius. ¶ Primũ iſtoꝝ oĩno eodẽ mõ demõſtratur ſicut prima pars preſentis. Secundum autem ſequitur ex primo ⁊ tertium ſimiliter ſequitur ex primo.

3.co. Patet vltra ꝙ quicũqꝫ duo numeri inequales quoꝛũ quilibet eſt pmus ſunt adinuicem pmi. ¶ Qꝛ tunc maioꝛ nõ numerabit minorem nec minoꝛ etiam numerabit maiorem quia tunc per.12.petitionẽ eſſet pars aliquota maioris quod repugnat ypotheſi. Hoc igitur habito ex preſenti conſtat propoſitum.

2 **Si duo numeri inequales fuerint commenſurabiles maioꝛ illorum eſt compoſitus.**

Hoc ideo eſt quia ex terminis aliquis preter vnitatem illos numerabit qui cum non poſſit eſſe maioꝛ minori illorum erit illi equalis vel eo minoꝛ ⁊ per ꝯñs minoꝛ maiori ⁊ per conſequens ex.12.petitione erit pars aliquota illius maioris vnde ex terminis conſtat propoſitum.

3 **Si aliqui numeri fuerint commenſurabiles ⁊ nullus eoꝛuʒ alterum numeret erit quilibet eorum compoſitus.**

Hoc ideo eſt quia dato oppoſito conſequentis cum antecedente aliquis illorum eſſet primus et ille eſſet cõmenſurabilis alicui quẽ non numerat quod ꝑ primã huius eſt impoſſibile

4 **Omnis numerus compoſitus ab aliquo primo numeratur.**

Sit a numerus ꝯpoſitus. Tũc dico ꝙ a ab aliquo pmo nũeratur. Qꝛ ex terminis a habet ptem aliquotã ꝑter vnitatem que ſit b tũc ſi b ſit numerus pmus cũ ex terminis nũeret a cõſtat ꝓpoſitum. Si aũt b ſit numerus ꝯpoſitus ex terminis aliquis ꝑter vnitatem eſt illius ps aliquota q̃ ſit c ille ꝑ.22.primi erit ps aliquota a ſi igitur ſit pmus cum ex terminis nũeret a ꝯſtat ꝓpoſitũ. Cũ igitur nõ ꝯtingat in infinitum ita deſcẽdere qꝛ tunc nũerus decreſceret in infinitũ tandem ad aliquem primum deueniretur ita deſcendendo in partibus aliquotis illorum maioribus vnitate qui per primum correlariũ.22.primi erit pars aliquota a ⁊ ex cõſequenti ex terminis nũerabit a vnde ꝯſtat ꝓpoſitũ

1.co. Ex preſẽti conſtat ꝙ cuiuſlibet numeri compoſiti aliquis numerus primus eſt pars aliquota. Hoc in forma demonſtratur in preſenti.

2 Patʒ vltra ꝙ ſi quotcũqꝫ numeri fuerint commenſurabiles illi omnes ab aliq̃ primo numerabũtur. ¶ Quia ex terminis illi omnes ab aliquo maiori vnitate numerabuntur qui ſi ſit primus conſtat propoſitum. Et ſi cõpoſitus ille ex preſenti ab aliquo primo numerabiẜ qui per.21.primi quemlibet illorum numerabit vnde conſtat propoſitum

3.co. Patet vltra ꝙ ſi quotcũqꝫ numeri fuerint ꝯmenſurabiles cuiuſcumqꝫ illorum quilibet multiplex cuilibet alteri illorum ſimiliter ⁊ cuilibet multiplici cuiuſcumqꝫ illorum erit commenſurabilis. Et ex conſequenti quilibet ab aliquo illorum numeratus cuilibet alteri illorum. Similiter ⁊ cuilibet nũerato ab aliquo illoꝝ erit ꝯmenſurabilis. ¶ Quia ille numerus ꝑter

vnitatē qui ex terminis debet numerare oēs illos p.21.pmi quēlibet multiplicē cuiuſcumq; illorum numerabit. Similiter ⁊ quemlibet numeratū ab aliquo illoꝝ vnde ex terminis notum eſt ꝓpoſitum.

4.co **Patet vltra ꝙ ſi aliquis nūerus ſit incōmēſurabilis ꝓducto** ex duobus ille erit incōmenſurabilis cuicumq; illorum. ¶ Quia cum ille ꝓductus a quolibet illorū ex quibus producitur numeretur ſi ille eſſet commenſurabilis alicui illorum per precedens correlarium ille eſſet commenſurabilis illi producto quod repugnaret ypotheſi.

5 **Quicumq; numerus maioꝛ vnitate aut eſt pꝛimus aut a pꝛimo numeratur qui eſt eius pars aliquota.**

Quia ꝑ diuiſionem quilibet talis eſt pꝛimus aut compoſitus cum igitur ex pꝛimo correlario ꝑce dētis cuiuſlibet numeri cōpoſiti aliquis pꝛimus ſit pars aliquota q ex terminis nūerabit ipſm q̄libet maioꝛ vnitate erit ꝑmus aut numerabit a ꝑmo q eſt eius ps aliquota qd eſt propoſitum.

6 **Si numerus pꝛimus numeret pꝛoductum ex ductu duoꝛum numerorum vnius in alterum ille idem numerabit alterum illorum duorum.**

Sit a numerus ꝓductus ex b in c quē numeret d nūerus ꝑmus ꝑ e. Tunc dico ꝙ d numerat b. aut c. Nā ex terminis ex d in e fiet a qui ex ypotheſi fit ex b in c. ergo ꝑ.43.ſcdi d ad b eſt ea ꝓpoꝛtio que e ad c ſi igit̄ d ſit equalis b ꝯſtat ꝓpoſitū. Si aūt ſit minoꝛ b ex ꝑma ſcdi c eſt minoꝛ e ⁊ ex.55 ſuppoſitione ſcdi c eſt tota ps aliq̄ta aut tot ſimiles ptes aliq̄te e ſicut d reſpectu b ſi ergo d ſit ps aliquota b notū eſt ꝓpoſitum. Si vero ſit ptes aliquote b ⁊ non ps aliquota erit ꝑ ſuppoſitionē ſtatī allegatā c tot ſimiles partes aliquote e ⁊ nō erit ps aliquota e quare ꝑ ꝑmū correlariū 43. ꝑmi d poterit totiēs adequate ſubſtrahi ex b quotiens c ex e ⁊ quod remanebit ex b erit tota ps aliquota aut tot ſimiles ptes aliquote d ſicut quod remanebit ex e reſpectu c detracto ergo d ex b q̄ ad poſſit remaneat f ⁊ detracto c ex e quo ad poſſit remaneat g ⁊ ſi f ſit pars aliquota d cū d ſit nūerus pꝛimus f eſt vnitas cū igitur ꝑ ſtatim ꝓbatum g ſit tota ps aliquota c ſicut f reſpectu d ex.54. ſuppoſitione ſecūdi f ad d vt g ad c ergo ꝑmutatim f ad g vt d ad c ſed f nūerat g ergo ex correlario ꝑme ſcdi d numerat c. Si aūt f ſit ptes aliquote d ⁊ non pars aliquota ꝑ ſtatim ꝓbatum g erit tot ſimiles ptes aliquote reſpectu c ſicut f reſpectu d, ſumo ergo vnā talē partem d ex f que ſit h q̄ qꝛ d eſt nūerus ꝑmus erit vnitas ſumo inſuꝑ vnā ſimilē partē aliquotā c ex g q̄ ſit k erit tūc ex.54. ſuppoſitione ſcdi h ad d vt k ad c ergo ꝑmutatim h ad k vt d ad c ſed h numerat k ergo ꝑ correlariū ꝑme ſcdi d numerat c. Si aūt d ſit maioꝛ b ex ꝑma ſcdi c eſt maioꝛ e ⁊ quia d ad b vt c ad e ꝯuerſim b ad d vt e ad c quare per.55. ſuppoſitionē ſcdi b erit tota pars aliquota aut tot ſimiles ptes aliquote d ſicut e reſpectu c. Si igit̄ b ſit pars aliquota d, b eſt vnitas ⁊ quia b ad d vt e ad c ꝑmutatim b ad e vt d ad c ſed b nūerat e ergo ꝑ correlariū ꝑme ſcdi d numerat c. Et ſi b ſit ptes aliquote d ⁊ non ps aliquota ꝑ ſtatim ꝓbatum e erit tot ſimiles partes aliquote c ſumpta ergo vna illaruz ex b que ſit f illa erit vnitas ⁊ ſumpta vna tali ex e reſpectu c que ſit g erit f ad d vt g ad c ergo ꝑmutatim f ad g vt d ad c ſed f numerat g ergo per correlarium pꝛime ſecundi d numerat c patet igitur totum propoſitum.

1.co. **Ex p̄nti ꝯſtat ꝙ ſi aliquis nūerus maioꝛ vnitate nūeret ꝓductum** ex ductu duoꝝ numeroꝝ vnius in alteꝝ aut ſit illi ꝯmenſurabilis ille erit cōmenſurabilis alicui illoꝝ duoꝝ ex quoꝝ multiplicatione ꝓducitur. ¶ Quia ſi ille ſit pꝛimus ex ꝑmo correlario ꝑme huius nūerabit illud ꝓductum quare ꝑ p̄ntem erit alicui illoꝝ ꝯmenſurabilis. Si aūt nō ſit pꝛimus erit cōpoſitus ⁊ ꝑ ſcdm correlariū.4. huius ab aliquo ꝑmo nūerabunt̄ ille ⁊ ille ꝓductus ⁊ ille ꝑmus per p̄ntem numerabit aliquem illoꝝ ex quorum multiplicatione ꝓducitur vn̄ ex terminis ꝯſtat ꝓpoſitū.

2.co **Patet vltra ꝙ ſi aliquis nūerus pꝛimus nūeret ꝓductum ex** aliquo nūero in ſeipſum ille numerabit illū. Et ex ꝯn̄ti ſi nūeret ꝓductum ex illo in ſuū ꝓductum ille numerabit illum ⁊ ita conſequenter aſcendendo. ¶ Pꝛimum conſtat ſicut preſens. Et ſecūdum patet quia ex preſenti ille pꝛimus numerabit illum aut productum ex illo in ſe ⁊ ſi illum conſtat propoſitum ⁊ ſi productum ex illo in ſe ex pꝛima parte conſtat etiam propoſitum.

3.co **Patet vltra ꝙ ſi aliquis numerus maioꝛ vnitate nūeret pꝛoductum** ex aliquo in ſe aut productum ex illo in ꝓductū ex ipſo in ſe aut ſit alicui illoꝝ ꝓductoꝝ ꝯmēſurabilis ille erit commenſurabilis illi. Hoc eodē modo deducitur ex pꝛimo correlario preſentis ſicut precedens correlarium ex preſenti deducebatur.

7 **Si nūerus pꝛimus in nūerum pꝛimū ducatur pꝛoducti inde** nullus numerus preter illos pꝛimos ⁊ vnitatē erit pars aliquota.

Sit a numerus ꝓductus ex b ꝑmo in c ꝑmum. Tunc dico ꝙ nulla eſt ps aliquota a ꝑter b aut c aut vnitatē. Quia dato oppoſito ſit illa d q̄ numeret a ꝑ e erit tūc e maioꝛ vnitate quia aliās d eſſet equalis a quod repugnat ypotheſi qꝛ igitur ex d in e fit a ſimilit̄ ⁊ ex b in c ⁊ d eſt inequalis tā b q̄ c ꝑ ſcdm correlariū.43. ſcdi e eſt inequalis tā b q̄ c ⁊ ꝑ ꝑcedentem b nūerabit d aut e ſit ergo ita vt numeret d ⁊ quia ꝑ.43. ſecūdi e ad c vt b ad d ꝑ correlarium ꝑme ſcdi e numerabit c cū igitur e ſit maioꝛ vnitate ⁊ non ſit equalis c nec eo minoꝛ erit eo minoꝛ ⁊ ꝑ ꝯn̄s per.12. petitionē pars aliquota c ⁊ ꝑ ꝯn̄s c nō eſſet ꝑm⁹ eſt ꝯtra ypotheſim. Et ſi b nūeret e qꝛ ꝑ.43. ſcdi b ad c vt d ad e. per correlarium ꝑme ſcdi d numerat c quo habito ſicut ſtatim ſequitur c nō eſſe numerum pꝛimum.

Co. **Ex p̄n̄ti ꝯſtat ꝙ ſi nūerus primus in nūerum primū ducatur** nullus minor inde ꝑducto numerabit illum ꝑductum niſi ille ſit vnitas aut aliquis illorum primorū. ¶ Dato eñ oppoſito huius adiuuante .12. petitione ſtatim ſequetur oppoſitum preſentis.

8 **Si aliquis nūerus per numerū primū multiplicetur produc**ti inde nulla erit pars aliquota preter multiplicantem ⁊ multiplicatum ⁊ vnitatem quin illa ſit pars aliquota illius multiplicati vel a parte aliquota illius denominata pars aliquota illius producti.

Ducatur a nūer⁹ in b numerū primū ⁊ fiat c ⁊ d ⁊ e ſint ptes aliquote a ⁊ nō habeat aliā partē aliquotā ab illis p̄ter vnitatē. Tūc dico ꝙ nulla eſt pars aliquota c p̄ter a ⁊ b ⁊ vnitatē quin illa ſit d aut e aut denoīata ſecundū d aut ſcd̄m e ps aliquota c. Nā dato oppoſito ſit f pars aliquota c p̄ter tales denominata ſcd̄m g ⁊ quia b nūerus p̄mus numerat c ꝑductum ex f in g p ante p̄cedentē numerabit f aut g nūeret igitur f ⁊ quia ex a in b tm̄ fit ſicut ex f in g p .43. ſcd̄i b ad f vt g ad a ſed b nūerat f ergo per correlariū prime ſcd̄i g nūerat a vel ergo g eſt equalis a vel eo minor vel maior non poteſt vltimū dari nec p̄mū qꝛ tunc per primā ſecūdi b eſſet equalis f quod repugnat ypotheſi erit ergo g minor a ergo p .12. petitionem pars aliquota a ⁊ cū non ſit vnitas qꝛ tunc f eſſet equalis c erit d aut e qd̄ eſt ꝯtra ypotheſim. Et ſi ponatur b nūerare g cū per .43. ſcd̄i b ad g ſit vt f ad a: f nūerat a ⁊ cū nō ſit equalis a nec maior: a erit minor a ꝙ p .12. petitionē pars aliquota a ⁊ per ꝯſequens d aut e aut vnitas quod eſt contra ypotheſim. Et ſi ponantur plures aut pauciores partes aliquote a conſimilis eſt penitus demonſtratio.

9 **Quotcūqꝫ numeris primus datis contingit alium numeruʒ** primum ab ipſis reperire ita vt maximuʒ numerum numerorum primorum aſſignare eſt impoſſibile.

Sint a b c d quotcūqꝫ numeri primi. Tūc dico ꝙ ꝯtingit reperire alium numerū p̄mum ab ipſis Duco eñ a in b ⁊ fiat e ⁊ e in c ⁊ fiat f ⁊ f in d ⁊ fiat g tūc ex terminis ⁊ ex .13. adiuuāte .21. primi q̄libet illorū a b c nūerabit g. Sit ergo h maior g per ſolā vnitatē qui ſi ſit p̄mus euʒ ſit alius a p̄dictis ꝯſtat ꝓpoſitum. Et ſi compoſitus p .4. huius ab aliquo p̄mo nūeratur qui ſit k quē dico eſſe aliū a p̄dictis qꝛ ſi ſit aliqͥs illoꝝ nūerabit h totū ⁊ g detractū vt ꝓbatū eſt ꝙ p .20. p̄mi nūerabit reſiduū puta vnitatē maior. ſ. minorē qd̄ ē īpoſſibile. Et ſi plures nūeri ſumāt̄ ꝯſimilis eſt demōſtratio.

1.co. **Ex p̄n̄ti ꝯſtat ꝙ quocūqꝫ nūero primo dato ꝯtingit aliū nūeꝝ** primū maiorē ip̄o reperire. Nā quocūqꝫ tali dato capto ip̄o cū oı̄bus p̄mis minoribus ip̄o ex p̄n̄ti cōtinget alium primum ab illis omnibus reperire qui de neceſſitate debet eſſe illo maior.

2.co **Patet vltra ꝙ quotcūqꝫ nūeris adinuicē primis datis ꝯtingit** alium nūerū primū reperire qui ad quēlibet illorum ſit p̄m⁹. Nā dato maximo illoꝝ ⁊ inuento aliquo primo maiori illo per tertium correlarium prime huius ille ad quemlibet illorum erit primus.

10 **Si fuerint duo numeri cōtra ſe primi quicunqꝫ numerans** alterum illorum eſt ad reliquū primus Similiter ⁊ quicunqꝫ numerantes illos ſunt adinuicem primi.

Hec ideo verum habet quia dato oppoſito alicuius iſtorum quodcunqꝫ fuerit accideret oppoſitum tertij correlarij .4. huius.

Co. **Ex p̄n̄ti ꝯſtat ꝙ ſi fuerint quotcūqꝫ numeri quoꝝ quilibet ad** quēlibet aliū ip̄oꝝ ſit p̄mus quicūqꝫ numerās aliquē eorū erit ad quēlibet alium illorum p̄mus. Similiter ⁊ quicūqꝫ duo nūerantes aliquos illoꝝ ſūt adinuicē p̄mi Eadē eſt huius demōſtratio cū demōſtratione p̄n̄tis. ¶ Hic tñ aduerte ꝙ nō oportet ſi plures ꝙ̄ duo ſint adinuicem primi ꝙ quicūqꝫ nūerans aliquē illorum ſit ad aliquem aliorū primus patʒ de nūero .6. reſpectu iſtorū triū .3.4.12.

11 **Quilibet numerus adequate compoſitus ex duobus nume**ris contra ſe primis ad quemlibet illorum eſt primus.

Hoc ideo eſt quia dato oppoſito ſi aliquis p̄ter vnitatē nūeret illum totū ⁊ aliquem illorū duoꝝ per .20. primi ille nūerabit reliquū illorum duorū ⁊ per ꝯn̄s non eſſent illi duo contra ſe primi quod eſt contra ypotheſim. ¶ Hic aduerte ꝙ non oportet ꝙ ſi aliqui numeri plures ꝙ̄ duo: ita ſe habeant ꝙ quilibet illorum ad quēlibet alium eorumdem ſit primus ꝙ compoſitus ex illis ad aliquem illorum ſit primus: patet de hijs tribus .3.5.22.

1.co **Ex preſenti ꝯſtat ꝙ ſi aliquis totus numerus ſit cōmenſura**bilis parti eius ille erit ꝯmenſurabilis reſidue pti eius. Et ille ptes erunt etiā inter ſe commenſurabiles. Et ſi vni parti fuerit incōmenſurabilis reſidue parti erit etiam incommēſurabilis ⁊ ille partes inter ſe incommenſurabiles. ¶ Primum ⁊ ſecūdum patʒ quia ille numerus preter vnitatem qui ex terminis ⁊ ex ypotheſi debet numerare illum totū ⁊ illam partem per .20. primi numerabit reſiduā partem vnde ex terminis cōſtant illa duo. ¶ Tertium apparet quia dato eius oppoſito ſtatim ſequitur oppoſitum primi. ¶ Quartum autem cōſtat quia dato oppoſito conſequentis illius cum antecedente ille numerus preter vnitatem qui ex ypotheſi ⁊ ex terminis deberet numerare illas duas partes per primum correlarium .14. primi deberet numerare totum ⁊ per conſequēs ex terminis illi eſſet commenſurabilis cuilibet illarum partium quod eſt contra ypotheſim.

Patet vltra ꝙ ſi duo numeri fuerint ꝯmenſurabiles inter ſe compoſitus ex illis erit vtriq̄ cōmenſurabilis ⁊ ex ꝯñti ſi quotcūq̄ numeri fuerint cōmenſurabiles inter ſe ꝯpoſitus ex illis erit cōmenſurabilis cuilibet ipſoꝝ. Qꝛ nũerus ille preter vnitatẽ qui ex terminis ⁊ ex ypotheſi debebit nũerare illos cōmenſurabiles ſiue fuerint duo ſiue plures per primum correlarium .14. primi numerabit compoſitum ex illis vnde ex terminis conſtat propoſitum.

3.co **Patet finaliter ꝙ ſi duo numeri inequales fuerint adinuicẽ** p̃mi differentia illoꝝ ad quẽlibet illoꝝ erit p̃mus. Et ſi dr̃a duorum nũerorũ inequaliũ fuerit nũerꝰ p̃mus ad aliquẽ illorũ erit ad reliquũ numerus p̃mus ⁊ illi duo erunt adinuicẽ p̃mi. Et ex ꝯñti quicũq̄ duo nũeri quorũ dr̃a ẽ vnitas ſũt adinuicẽ p̃mi. Hec oĩa ex p̃cedẽtibꝰ correlarijs ſequũt̃ i forma

12 **Si duorum numerorum vterq̄ ad terteriũ fuerit primus** qui ex vno illorum in alterum producitur ad eundem tertium erit primus.

Sint a ⁊ b duo nũeri quoꝝ vterq̄ ſit p̃mus ad c: d aũt ſit ꝓductus ex a in b. Tũc dico ꝙ d eſt p̃mus ad c. Qꝛ dato oppoſito ſit e numerus p̃ter vnitatem numerãs d ⁊ c ille per primũ correlarium .6. huius erit commenſurabilis a aut b ⁊ per ꝯſequens per tertium correlarium .4. huius c eſſet commenſurabilis eidem illorum quod eſt contra ypotheſim.

1.co. **Ex preſenti conſtat ꝙ ſi quotcũq̄ numerorum quilibet ad aliquem** certum fuerit primus productus ex quibuſcumq̄ duobus illorum ad eundem erit primus. Similiter ⁊ productus ex illo ꝓducto ⁊ ex alio illorum ⁊ ita deinceps quo vſq̄ ad vltimum illorũ deueniatur. Hec omnia ex preſẽti pluries ſumpta ſequuntur in forma.

13 **Si fuerint duo numeri contra ſe primi quicumq̄ qui ex altero** illorum in ſe ducto producitur eſt ad reliquum primus.

Sint a ⁊ b ꝯtra ſe primi ⁊ ex a in ſe fiat c. Tũc dico c eſſe p̃mũ ad b. Sit eñ d equalis a ille erit primus ad b ⁊ c fiet ex a in d ergo per precedentem c erit primus ad b.

Co. **Ex preſenti ꝯſtat ꝙ ſi quotcũq̄ numerorum quilibet ad quẽlibet** alium eorũdem ſit p̃mus quilibet ꝓductus ex aliquo illoꝝ in ſe ad quẽlibet aliũ eorũdẽ eſt p̃mꝰ

14 **Si fuerint duo numeri ꝯtra ſe primi ⁊ vterq̄ in ſeipſũ ducat̃** producti inde erunt adinuicem p̃mi. Et ſi quilibet illorum in ſuum productum ducatur qui producentur erunt contra ſe primi ⁊ ita deinceps ſi primi in vltimo productos quiſq̄ in ſuum ducatur producti continuo erunt adinuicem primi.

Sint a ⁊ b ꝯtra ſe primi ⁊ ex a ſe fiat c ⁊ d ex b in ſe ⁊ ex a in c fiat e ⁊ ex b in d fiat f ⁊ ex a in e fiat g ⁊ ex b in f fiat h. ¶ Tunc dico primo ꝙ c ⁊ d ſunt ꝯtra ſe p̃mi. Dico ſcđo ꝙ e ⁊ f ſũt adinuicem primi. Similiter ⁊ g et h ſũt adinuicẽ p̃mi. ¶ Primũ patꝫ quia per p̃cedentem c eſt primus ad b ergo per eandẽ d erit p̃mus ad c quod eſt primum. ¶ Et qꝛ a eſt p̃mus ad b ⁊ c ꝓbatus eſt p̃mus ad b p antprecedẽtem e erit p̃mus ad b ergo p precedentem d erit primus ad e ergo iterũ per anteprecedentem f erit primus ad e. Et conſimiliter omnino patꝫ g eſſe primũ ad h. Et ita deinceps ſi vltro procedatur in talibus multiplicationibus.

Co. **Ex p̃ñti conſtat ꝙ ſi quotcũq̄ numerorũ quilibet ad quẽlibet** alium eorundem ſit p̃mus ⁊ q̃libet illorum in ſe ducatur quilibet illorum productorum ad quemlibet alium ipſorum erit primus. Et ſi quilibet in ſuum productum ducatur inde producti cōſimiliter ſe habebunt ⁊ ita deinceps. Hec manifeſtiſſime ſequuntur ex preſenti.

15 **Si duorũ numerorum quilibet ad aliorũ duorum quemlibꝫ** fuerit primus qui ex vno illoꝝ in alterum ꝓducitur ad illũ qui ex vno alioꝝ in reliquũ fit erit primus.

Sit a primus ad c ⁊ ad d ⁊ b ſit etiã primus ad c ⁊ ad d ⁊ e fiat ex a in b: f autẽ ex c in d. Tunc dico ꝙ e eſt primus ad f. Quia per .12. huius bis ſumptaꝫ e erit primus ad c ⁊ ad d ergo per eãdem f erit primus ad e quod eſt propoſitum.

16 **Si duo numeri maiores vnitate fuerint cōtra ſe primi minori** ex maiori detracto quo ad poſſit remanebit vnitas aut minor numerus illo minori. Et ſi minor eorũ ſemel aut pluries ex maiori detrahatur relinquetur vnitas aut numerus ad minorem primus.

Hec preſupponit ꝙ ſi duo nũeri maiores vnitate fuerint adinuicem p̃mi ille ſunt inequales quod ex ſcđo correlario p̃me huius ſatis ꝯſtat. Sint igit̃ a numerus maior vnitate ⁊ b maior a adinuicẽ p̃mi. ¶ Tũc dico p̃mo ꝙ detracto a ex b quo ad poſſit remanebit vnitas aut nũerus minor a. Dico ſcđo ꝙ detracto a ſemel aut pluries ex b remanebit vnitas aut numerus p̃mus ad a. ¶ Primũ patꝫ quia b nõ eſt tũc multiplex ad a: qꝛ ſi ſic a nũeraret b quare per ſecundũ correlariũ p̃me huius a eſſet ꝯmenſurabilis b quod eſt ꝯtra ypotheſim nõ eſt ergo b multiplex ad a: ergo p .15. petitionẽ a detracto ex b quo ad poſſit remanebit minus a vnde ꝯſtat primũ. Et quia a detracto ex b quo ad poſſit aliquid remanebit ꝯſtat ꝙ ſiue a detrahat̃ p̃ciſe ſemel ex b ſiue pluries aliquid remanebit detrahat̃ ergo a ex b ſemel aut pluries ⁊ remaneat e tũc ſi eſt vnitas aut p̃mꝰ ad

a ꝯſtat ꝓpoſitū. Si aūt dederis e eſſe cōmēſurabilem a ſit d reſidua ps b preter e tūc ex .17. petitione a numerabit d ſit ergo e numerus preter vnitatem cōmuniter nūerans a ⁊ e ille per .21. pⁱmi nūerabit etiam d/e ergo numerabit d detractū ex b ⁊ e reſiduum ergo p .15. pⁱmi nūerabit b ⁊ per conſequens a ⁊ b non erunt adinuicem pⁱmi quod eſt contra ypotheſim.

17 **Si fuerint duo nūeri ꝯtra ſe pⁱmi minori ex maiori detracto** q̄ ad poſſit reſiduū erit vnitas aut illo reſiduo detracto ex illo minori q̄ ad poſſit reſiduum erit vnitas aut illo reſiduo iterū detracto quo ad poſſit ſicq ꝯtinuo hoc pacto detractione facta tādē vnitatē relinqui neceſſe erit. Et ſi quorumcūq duorum numerorum inequalium quorum quilibet eſt maior vnitate ꝯtinua illo mō detractione facta tādē vnitas relinquaẜ illos nūeros incōmēſurabiles eſſe opꝫ.

Pⁱmū patꝫ ſint a numerus maior vnitate ⁊ b maior a contra ſe pⁱmi. Tunc ex precedenti a detracto ex b quo ad poſſit remanebit minus a quod ſit e tūc ſi e ſit vnitas ꝯſtat propoſitū ſinaūt p p̄cedentem erit pⁱmus ad a quare p eandē e detracto ex a quo ad poſſit remanebit minus e quod ſi ſit vnitas ꝯſtat ꝓpoſitum. Sinaūt per eandē illud erit pⁱmus ad e ⁊ illo detracto ex e quo ad poſſit remanebit minus illo ⁊ ita deinceps quare ita ꝯtinuo ꝓcedēdo numerus in infinitū decreſcet aut tandē vnitas relinquetur cū igitur pⁱmū ſit impoſſibile conſtat ꝓpoſitū. ¶ Scdm patet ſint a numerus maior ⁊ b minor ⁊ detracto b ex a quo ad poſſit relinquatur e q̄ ſit vnitas aut e detracto ex b/ quo ad poſſit relinquaẜ d qui ſit vnitas aut ipſo detracto ex e quo ad poſſit relinquaẜ vnitas. Tunc dico a ⁊ b eſſe incommenſurabiles qꝛ dato oppoſito ſit e maior vnitate numerās a ⁊ b ⁊ ſit f reſidua pars a p̄ter e quam per .17. petitionē numerat b ⁊ ſit g reſidua pars b p̄ter d quā per eandem petitionem nūerabit e ⁊ ſit h reſidua pars c p̄ter vnitatē quā p eandē petitionem nūerat d. Quia igitur e numerat b/ ⁊ b nūerat f p .21. pⁱmi e numerat f detractū ex a ⁊ cū per ypotheſim numeret etiā a p .20. pⁱmi nūerabit e ⁊ quia e nūerabit g p .21. pⁱmi e numerat g detractū ex b ⁊ qꝛ numerat b p .20. pⁱmi nūerat d reſiduū ⁊ quia d numerat h p .21. pⁱmi e nūerat h detractum ex e cū igitur probatū ſit e nūerare c p .20. pⁱmi e numerabit reſiduū e vt puta vnitatē maior ſcꝫ minorē qd̄ eſt īpoſſibile. Et ſi nō adeo cito ita ꝓcedēdo in detractionibus ad vnitatē deueniaẜ aut citiꝰ ꝯſimilis ē oīno demſtratio.

Co. **Ex pn̄ti ꝯſtare poteſt ꝙ quicūq nūerus maior vnitate poteſt** in duo equa diuidi aut in duo inequalia ſola vnitate diſtantia. ¶ Sit eñ a quicūq talis ⁊ b binarius qui ex terminis eſt pⁱmus tūc ſi b ſit ꝯmenſurabilis a p pⁱmum correlariū pⁱme huius b nūerat a nūeret ergo a ſcdm e tunc ex pⁱmo correlario .13. pⁱmi c nūerat a ſcdm b ⁊ p ꝯn̄s c bis ſumptus reddit a: ⁊ ex ꝯn̄ti eſt medietas a vnde ꝯſtat ꝓpoſitum. Si aūt b ſit pⁱmus ad a ex p̄cedēti b detracto ex a quo ad poſſit remanebit minus b ⁊ p ꝯn̄s remanebit vnitas ſit ergo e reſidua pars a p̄ter vnitatē quā p .17. petitionem nūerat b quare ſicut ſtatim cōſtat c habere duas medietates quarū vna ſit d ⁊ altera ⁊ addo e vnitatē ⁊ fiat f ꝯſtat tunc f ⁊ d ſola vnitate diſtare ⁊ a adequate reſultare ex d ⁊ f poterit ergo a adequate diuidi in d ⁊ f ſola vnitate diſtantes patet igitur propoſitum.

18 **Si fuerint duo numeri inequales cōmēſurabiles minori ex** maiori detracto p̄ciſe ſemel aut pluries nichil remanebit aut remanebit numerus minor minori ipſi ⁊ maiori cōmenſurabilis. Et ſi duorum nūerorum inequalium quorum quilibet eſt maior vnitate minori ex maiori detracto ſemel aut pluries nichil remanſerit aut remanſerit commenſurabilis ipſi minori erunt illi duo commenſurabiles.

Pⁱmū patꝫ ſint a nūerus minor ⁊ b maior ꝯmēſurabiles ⁊ tūc ſi poſſit dari oppoſitū huius a detracto ex b ſemel aut pluries remaneat e qui ſit incōmenſurabilis a aut b ⁊ ſit d reſidua pars b p̄ter e quā p .17. petitionē nūerat a ⁊ ſit e nūerus p̄ter vnitatē cōmuniter nūerans a ⁊ b tūc p .21. pⁱmi c nūerabit d detractū ex b cū igitur ex ypotheſi numeret b p .20. pⁱmi numerat c quare ex terminis e erit ꝯmenſurabilis tam a q̄ b quod eſt ꝯtra ypotheſim patꝫ igitur pⁱmum. ¶ Scdm patet ſint a minor ⁊ b maior ambo maiores vnitate ⁊ a detracto ex b ſemel aut pluries nichil remaneat aut remaneat c ꝯmenſurabilis a. Tūc dico ꝙ a ⁊ b ſūt ꝯmenſurabiles quia ſi a ſemel detracto ex b ſemel aut pluries nichil remaneat a nūerabit b vnde ex ſcdo correlario pⁱme huius ꝯſtat a eſſe ꝯmenſurabilē b. Et ſi detrato a ex b ſemel aut pluries remaneat c ꝯmenſurabilis a ſit d nūerus p̄ter vnitatē numerans a ⁊ c ⁊ ſit e reſidua pars b p̄ter e quā per .17. petitionē nūerat a q̄re p .21. pⁱmi d nūerat e detractū ex b ⁊ e reſiduū ergo p .15. pⁱmi nūerat b quare ex t̄minis a ⁊ b ſūt ꝯmēſurabiles qd̄ ē ꝓpoſitū.

Co. **Ex pn̄ti conſtat ꝙ ſi duorū nūerorum inequalium minore ex** maiori ſemel aut pluries detracto remanſerit aliquis nūerus pⁱmus ad minorē illi erunt incōmēſurabiles. ¶ Quia dato oppoſito huius ſtatim ſequeretur oppoſitum prime partis preſentis.

19 **Si duorū numerorū inequaliū ꝯmenſurabilium minor non** nūeret maiorē minori ex maiori detracto quo ad poſſit remanebit minor minori q̄ erit maior vnitate ⁊ numerabit illū minorē ⁊ illū maiorem aut illo detracto ex minori quo ad poſſit ⁊ ita cōtinuo hoc pacto detractione facta tādē ad aliquē maiorē vnitate deuenietur qui oēs ante relictos nūerabit: ſimiliter ⁊ maiorem ⁊ minorem. Et ſi continua hoc pacto detractione facta ad aliquem maiorem vnitate deueniatur qui immediate ante relictum numeret erunt illi duo commenſurabiles.

Pⁱmū patꝫ ſint a nūerus minor ⁊ b maior ꝯmenſurabiles ⁊ a nō nūeret b. Tunc p .15. petitionē a detracto ex b quo ad poſſit remanebit minꝰ a qd̄ ſit c ⁊ d ſit reſidua ps b p̄ter c erit tūc.

per precedentē c ꝯmenſurabilis a ⁊ ex ꝯſiti maioꝛ vnitate. Si igitur c nūeret a cū a ꝑ. 17. petitionē nūeret d ꝑ. 21. pmi c numerabit d ergo ꝑ. 15. pmi c nūerabit b ⁊ ſic ꝯſtat ꝓpoſitum. Si aūt c non nūeret a tūc ꝑ. 15 petitionem c detracto ex a quo ad poſſit remanebit minus c quod ſit e ⁊ reſidua pars a pter e ſit f tūc ꝑ pcedentē e erit ꝯmenſurabilis c ⁊ ꝑ ꝯſis maioꝛ vnitate ſi igit̄ numeret c cū ex. 17 petitione e nūeret f ꝑ. 21. pmi e numerabit f ⁊ ex ꝯſiti ꝑ. 15. pmi numerabit a ⁊ ex ꝯſiti pꝫ ſicut ſtatun ꝙ e nūerabit b vnde ꝯſtat ꝓpoſitum. Et ſi e nō nūeret c ita ꝯtinuo ꝓcedendo aut nūerus decreſcet in infinitū aut tandē deuenietur ad aliquem ꝯmenſurabilem vltimo ante ipm relicto qui illū nūerabit ⁊ erit maioꝛ vnitate quo habito ſicut ſtatim oſ̄detur illum nūerare oēs ante relictos ſimiliter ⁊ a ⁊ b vnde ꝯſtat pmum. ¶ Scdm pꝫ quia cum in tali detractione ad illū deuentum fuerit ꝯſimiliter oſ̄detur illū nūerare oēs añ relictos ſimilr̄ ⁊ maioꝛē ⁊ minoꝛē ſicut ſtatim oſ̄debat̄ e nūerare a ⁊ b.

20 **Propoſitis quibuſcumqꝫ duobus numeris commenſurabilibus maximum communiter numerantem ipſos contingit reperire.**

Hec docet modū inueniēdi maximū nūeꝝ nūerātē duos nūeros ꝯmenſurabiles quicumqꝫ fuerint illi. Et ſi illi fuerint equales quilibꝫ coꝝ erit huiuſmodi ⁊ ſi inequales ⁊ minoꝛ nūeret maioꝛē minoꝛ erit petitus qꝛ alias accideret maioꝛē nūerare minorem. Sup eſt igitur illud oſ̄dere vbi illi erūt inequales ⁊ minoꝛ non nūerabit maioꝛē. Sint igitur a nūerus maioꝛ ⁊ b minoꝛ ꝯmenſurabiles ⁊ b nō nūeret a tunc ꝑ pcedentem b detracto ex a quo ad poſſit remanebit minus b quod nūerabit b ⁊ a aut illo relicto detracto ex b quo ad poſſit ſicqꝫ ꝯtinua hoc pacto detractione facta tandē relinqͥtur aliquis nūerans immediate relictū ſimiliter ⁊ a ⁊ b. Dico igit̄ ꝙ ꝙ pmum in tali detractione ad talē deuētum fuerit ille erit maximus nūerans a ⁊ b. Nā ſia detracto b ex a quo ad poſſit remaneat c ⁊ reſidua ps a pter c ſit d ⁊ c detracto ex b quo ad poſſit remaneat e q̄ numeret c ⁊ reſidua pars b pter e ſit f tūc ꝑ pcedētem e numerabit a ⁊ b ſed ꝙ nō ꝯtingat eo maioꝛē numerare a ⁊ b pꝫ quia dato oppoſito ſit ille g quia igit̄ g numerat b ⁊ ꝑ. 17. petitionē b nūerat d ꝑ 21. pmi g nūerabit d detractū ex a ⁊ qꝛ nūerat a ꝑ. 20. pmi nūerabit c ⁊ quia per. 17. petitionē c nūerat f ꝑ. 21. prime g numerabit f detractū ex b ⁊ quia etiā numerat b per. 20. pmi g nūerabit e reſiduum maioꝛ ſcꝫ minoꝛē quod eſt impoſſibile. Et ſi non adeo cito aut citius in talibus detractionibus ad talem numerum deueniatur cum ad illum deuentum fuerit cōſimiliter omnino ſicut ſtatim deducetur idem inconueniens dato oppoſito propoſiti.

1.co. **Ex pñti cōſtat ꝙ quilibet nūerus nūerās duos ꝯmēſurabiles** nūerat maximū ꝯmunit̄ nūerantē illos. ¶ Nā quibuſcūqꝫ eis talib⁹ duob⁹ datis ⁊ iūcto per pñtē maximo numerante ipſos ſi detur alius numerans ipſos omnino eodē modo cōcludetur illum nūerare illū maximū inuentum ſicut in demonſtratione pñtis oſ̄debatur dato illius oppoſito ꝙ g numerat e.

2.co **Patet vltra ꝙ ꝙ pmū in tali detractione ad talē numeꝝ deuentu** fuerit ille erit maxim⁹ nūer⁹ nūerās oēs ante relictos ſimilr̄ ⁊ maioꝛē ⁊ minoꝛē. Nā ꝑ pcedētē ille nūerabit omnes illos q̄ hito ex demōſtratione pñtis ꝯſtat ꝙ null⁹ eo maioꝛ oēs illos nūerabit.

21 **Propoſitis quotcumqꝫ numeris adinuicē compoſitis maximum comuniter eos omnes numerantem contingit reperire.**

Quod pcedēs de duobus ꝯmenſurabilibus docuit hec de quotcūqꝫ pluribus ꝓponit. Sint igit̄ a b c d quotcūqꝫ nūeri ꝯmenſurabiles ⁊ ſit e nūerus pter vnitatē ipſos oēs nūerans et inuenio ꝑ pcedentem maximū numerantē a ⁊ b qui ſit f quē ex pmo correlario pcedentis nūerabit e quare f ⁊ c erūt ꝯmēſurabiles ſitqꝫ g maxim⁹ nūerās f ⁊ c ille ex. 21. pmi nūerabit ēt a ⁊ b illū qꝫ dico eē maximū nūerantē a b ⁊ c qꝛ ſi maioꝛ eo nūeret illos ꝑ pmū correlariū pcedētis ille nūerabit f maximum nūerantē a ⁊ b ⁊ ꝑ idem nūeraret g maximū numerantē f ⁊ c maioꝛ ſcꝫ minoꝛē quod eſt impoſſibile eſt ergo g maximus nūerās illos tres ſi ergo g nūeret d ille eſt petitus ſin aūt cū ex primo correlario pcedentis pluries repetito e numeret f ⁊ ex ꝯſiti g erit g ꝯmenſurabilis d ſit ergo h maxim⁹ ꝯmunit̄ nūerās g ⁊ d ille ex ypotheſi ⁊ ex. 21. pmi nūerabit oēs illos q̄tuoꝛ a b c d. Dico qꝫ h eſſe maximū ꝯmuniter nūerantē illos q̄tuoꝛ ſcꝫ a b c d qꝛ ſi aliquis illo maioꝛ illos nūeret ꝑ pmū correlariū pcedētis ille nūerabit f ⁊ ꝑ idem nūerabit g ⁊ ꝑ idē ex ꝯſequenti numerabit h maioꝛ ſcilicet minoꝛē qd̄ eſt impoſſibile. In quotcumqꝫ pluribus aut paucioꝛibus conſimilis eſt omnino demonſtratio.

co. **Ex pñti cōſtat ꝙ ſi quotcumqꝫ nūeri fuerint adinuicē ꝯpoſiti** quilibet numerās illos omnes numerabit maximū ꝯmuniter numerantē oēs illos. ¶ Hoc eodē mō ꝯcludit̄ de quibuſcūqꝫ ſicut i pñti oſ̄debat̄ ꝙ ſi aliquis maioꝛ h nūeret illos quattuoꝛ ille nūerabit h

22 **Si aliquis numerus ducatur in numeros minimos alicuius** proportionis producentur duo quos ille erit maximus communiter numerans.

Sint a ⁊ b minimi in ꝓpoꝛtione a ad b ⁊ ex c in a fiat d ⁊ ex c in b fiat e. Tūc dico c eſſe maximū ꝯmuniter numerātē d ⁊ e. Nā ſi maioꝛ ipſo illos nūeret ſit ille f qui nūeret d ꝑ g ⁊ e per h erit tunc ex. 5. petitione g minoꝛ a ⁊ h minoꝛ b ⁊ ꝑ pmum correlariū. 21. ſcdi g ad h erit ea ꝓpoꝛtio q̄ d ad e cū igit̄ ꝑ eādē ſcdi d ad e ſit q̄ a ad b nō erūt a ⁊ b in ſua ꝓpoꝛtiōe minimi qd̄ ē ꝯtra ypotheſi.

1.co. **Ex pñti cōſtat ꝙ ſi quotcūqꝫ numeri fuerint in ꝓpoꝛtionibus**

aliquo modo reptis īter ipſos mīmi ⁊ aliq̄s ducat in illos oēs ille erit maximꝰ cōmunit̄ numerās oēs inde ꝓductos. ¶ Hoc ɔſimiliter demōſtratur ſicut preſens. Et inde eſt q̄ idez numerus poteſt eſſe maximus ɔmuniter numerās aliquos numeros ⁊ ille idem erit maximus numerans totidē maiores

2.co **Patet vltra q̄ quilibet nūerꝰ q̄ eſt maximꝰ nūerās duos certos nūeros nūerat illos ſcd̄m duos mīmos ꝓportionis illorū duorū minorē ꝑ minorē ⁊ maiorē ꝑ maiorem** ⁊ q̄libet nūerus qui eſt maximus nūerās aliquos nūeros quotcūq̄ fuerint nūerat illos ſcd̄m totidē mīmos in ɔtinuatione ꝓportionū illoꝝ nūeratoꝝ mīmū ꝑ mīmū ⁊ maximū ꝑ maximū ⁊ ita deinceps. Hec ex preſenti cum correlario precedenti ⁊ ex terminis notiſſima euadunt.

23 **Quicūq̄ duo nūeri in ſua ꝓportiōe mīmi ſūt adinuicē p̄mi.**

Sint a ⁊ b minimi in proportione a ad b. Tunc dico a ⁊ b eſſe adinuicē p̄mos. Dato eñ oppoſito ſit e numerus preter vnitatem illos cōmuniter numerans ⁊ numeret a ſecundum d ⁊ b ſecundum e tūc per tertium correlarium .23. p̄mi d eſt minor a ⁊ e minor b ⁊ quia ex e in d fit a et b ex e in e per .21. ſecundi d ad e eſt ea proportio que a ad b ⁊ per conſequens a ⁊ b non ſūt minimi in proportione a ad b quod eſt contra ypotheſim.

Co. **Ex p̄nti ɔſtat q̄ ſi quotcūq̄ nūeri in ꝓportionibus aliquo mō** repertis inter ipſos fuerint minimi illi erūt incōmenſurabiles. ¶ Quia dato oppoſito ille numerus preter vnitatem qui cōmuniter eos nūeraret per tertium correlariū .23. p̄mi nūeraret eos ꝑ totidē quoꝝ minor eſſet minor minori illoꝝ ⁊ ita de alijs ⁊ ꝑ .21. ſcd̄i pluries ſuptā qualeſcūq̄ ꝓportiones reperirentur inter illos maiores tales reperientur inter illos minores quod repugnaret ypotheſi.

24. **Quicunq̄ duo numeri ī ſua proportione minimi numerāt** quoſcunq̄ duos eiuſdem proportionis minor minorem ⁊ maior maiorem equaliter.

Sint a nūerus maior ⁊ b minor in ſua ꝓportione mīmi ⁊ ſit e maiorus ad d minorē q̄ a ad b. Tūc dico q̄ a nūerat e ⁊ b nūerat d equalit̄. Qm̄ eñ a ad b vt e ad d ꝑmutatim a ad e vt b ad d ſi igit̄ a ſit equalis e ex p̄ma ſcd̄i b eſt eq̄lis d vñ ɔſtat ꝓpoſitū. Et ſi a eſſet maior e ꝑ eādē b eſſet maior d quare nō eſſēt a ⁊ b ī ſua ꝓportione mīmi q̄d eſt ɔtra ypotheſim. Si aūt a ſit minor e ꝑ eādē b erit minor d ⁊ ꝑ p̄mā p̄mi adiuuāte .55. ſuppōe ſcd̄i a erit tota ꝑs aliquota aut tot ſimiles ꝑtes aliquote e ſicut b reſpectu d ſi ḡ a ſit ꝑs aliq̄ta e ꝑ eādē ſuppōem b erit tota reſpectu d vñ ɔſtat ꝓpoſitū. Et ſi a ſit ꝑtes aliq̄te e ⁊ nō ſit ꝑs aliq̄ta e ꝑ eādē ſuppōez erit b tot ſil'es ꝑtes aliq̄te d capiat̄ ḡ vna illaꝝ ꝑtiū e la q̄ ſit e ⁊ vna ſil'iū ꝑtiū d i b q̄ ſit f erit tūc e mior a ⁊ f mior b ⁊ ꝓportio e ad eā f ad d ḡ ꝑmutati e ad f q̄ e ad d q̄r ⁊ q̄ a ad b ⁊ ꝑ ɔñs nō ſūt a ⁊ b ī ſua ꝓportiōe mīmi q̄d ē ɔtra ypotheſim.

25 **Si quotcunq̄ numeri in proportionibus inter ipſos repertis** ⁊ continuatis fuerint minimi illi numerabunt quoſcūq̄ totidē alios inter quos tot ſimiles ꝓportiones ſimiliter continuate reperiuntur quiſq̄ ſuum correſpondentem equaliter.

Sint a b e d minimi nūeri inter quos poſſint reperiri ſimiles ꝓportiōes ⁊ ſil'r ɔtinuate ſicut ſūt ꝓportiones a ad b ⁊ b ad e ⁊ e ad d ſiue ꝓrie ſiue iꝓꝓrie ɔtinuēt̄ ⁊ int̄ e f g ⁊ h ſint totidē ꝓportiones ſil'es ſil'r ɔtinuate quicūq̄ fuerint iſti ita q̄ e ad f ſit q̄ a ad b ⁊ f ad g q̄ b ad e ⁊ g ad h q̄ e ad d. Tūc dico q̄ a nūerat e ⁊ b nūerat f ⁊ e nūerat g ⁊ d nūerat h equalit̄. Qr̄ eñ a ad b vt e ad f ꝑmutatim a ad e vt b ad f ⁊ q̄r b ad e vt f ad g ꝑmutatim b ad f vt e ad g ⁊ quia e ad d vt g ad h ꝑmutatim e ad g vt d ad h erit igit̄ a ad e vt b ad f ⁊ vt e ad g ⁊ vt d ad h ſi igit̄ a ſit equalis e ꝑ p̄mā ſcd̄i b eſt equalis f ⁊ e equalis g ⁊ d equalis h vñ ɔſtat ꝓpoſitum. Et ſi a ſit maior e ꝑ eandē b eſt maior f ⁊ e maior g ⁊ d maior h quare nō erunt a b e d minimi in ɔtinuatione illarū ꝓportionum quod eſt contra ypotheſim. Si autem a ſit minor e per eandem b eſt minor f ⁊ e minor g ⁊ d minor h ergo per primam p̄mi adiuuante .55. ſuppoſitione ſecundi a erit tota pars aliquota / aut tot ſimiles partes aliquote e ſicut b reſpectu f ⁊ ſicut e reſpectu g ⁊ ſicut d reſpectu h. hoc igitur habito cōclude conſimiliter omnino intentum ſicut in precedenti concludebatur de a ⁊ b reſpectu e ⁊ d. In quotcunq̄ pluribus aut paucioribus conſimilis eſt omnino demonſtratio. ¶ Hic tñ aduerte q̄ non oportet ſi inter aliquos numeros reperiantur alique ꝓportiones diſcōtinuate ⁊ illi ſint mīmi īter quos tales poſſūt reperiri q̄ illi nūerēt quoſcūq̄ totidē int̄ quos poſſūt reperiri ſimiles quiſq̄ ſuū correſpondentē eq̄liter. Quia ꝓportiones .2. ad .3. et .4. ad .5. non poſſunt in minoribus nūeris q̄ in illis reperiri ⁊ tñ .6. ad .9. et .24. ad .30. ſunt ſimiles ꝓportiones ⁊ illi nō numerant iſtos quiſq̄ ſuū corrñdentē equaliter. ¶ Preterea aduerte q̄ nō oportet q̄ ſi fuerint aliquot numeri in aliqua ɔtinuatione aliquarū ꝓportionū mīmi ita q̄ nō poſſint tales tal'r ɔtinuari in minoribus q̄ illi nūerēt quoſcūq̄ totidē inter quos ſil'es ꝓportiōes oīno ɔtinuent̄ q̄ſq̄ ſuū corrñdētē equalit̄. Hoc eſt manifeſtū vbi alio ordie ɔtinuarentur in illis q̄ in alijs ſicut patz de proportionibꝰ reptis inter .4. et .3. et inter .3. et .2. illi enim termini .4.3.2. ſunt minimi inter quos taliter continuantur q̄ ſeſquitertia eſt prima ⁊ tamen ille cōtinuātur in hijs .6.4.3. alio ordine ⁊ illi nō numerant iſtos quiſq̄ ſuum correſpondentem equaliter. Et hoc ideo eſt quia diuerſimode continuando alij ⁊ alij eſſent minimi talium continuationum.

26 **Si fuerit duo nūeri adiuicē p̄i illi erūt ī ſua ꝓportiōe mīmi**

Hec eſt conuerſa antecedētis. Sint igitur a ⁊ b adinuicem p̄mi. Tunc dico q̄ illi ſūt in ſua ꝓportione minimi. Quia dato oppoſito ſit e maiorus a ad d minorē b ea ꝓportio q̄ a ad b ⁊

ſint c ⁊ d in tali ꝓportione minimi tūc ex añſpcedēti c nūerabit a ⁊ d nūerabit b eq̄lr ſit ḡ ſcđm c ꝯſtat tūc c eſſe maiorē vnitate q2 alias c eſſet equalis a ⁊ d equalis b eū igit̃ p ꝑmū correlariū.13.ꝑmi bis repetitum c numeret a ⁊ b erunt ex terminis a ⁊ b commenſurabiles quod eſt contra ypotheſim.

1. co Ex p̄nti ꝯſtat ꝙ quicunq; duo nūeri adinuicē p̄mi nūerant quoſcūq; duos inter quos reperitur talis ꝓportio ſicut inter eos quiſq; ſuū corr̄ſidētē equalit̃. Q2 ex p̄nti quicunq; tales ſūt in ſua proportione minimi quo habito ex añprecedenti conſtat propoſitum.

2. co Patet vltra ꝙ inter duos numeros adinuicē p̄imos mediū numerum in continua proportionalitate cadere eſt impoſſibile. ¶ Quia tunc ille medius ⁊ ille minimus eſſent in eadem proportione minores quod repugnaret ypotheſi aut preſenti.

27 Si fuerint quotcunq; numeri adinuicē p̄imi in quibuſcūq; proportionibus inter ipſos omnes continuatis erunt minimi.

Hec verū habet eſto ꝙ illoꝝ aliqui eſſent cōmenſurabiles. Et eodem modo omnino demōſtrat̃ ex añprecedenti ſicut precedēs demonſtrabat̃ ex.24.huius. ¶ Hic tamen aduerte ꝙ non oportet ſi aliqui numeri fuerint adinuicem p̄imi ꝙ in quibuſcunq; proportionibus repertis inter ipſos omnes ſint minimi. Quia iſti.9.10.18.30.ſunt adinuicem p̄imi ⁊ inter illos omnes reperiuntur proportiones.9.ad.18.⁊.10.ad.30.⁊ tamen ille in minoribus reperiūtur quia.4.ad.9.⁊.3.ad.6.ſunt ſimiles proportiones. Si tamen quotcunq; numeri ſic eſſent adinuicem p̄imi ꝙ quilibet eoꝝ ad quēlibet alium eorumdem eſſet ꝑmus bene oporteret illud vt ex pcedēti apparere poteſt.

Co. Ex p̄nti conſtat ꝙ ſi fuerint quotcūq; numeri adinuicem p̄imi ſiue aliqui eorum ſint cōmenſurabiles ſiue non illi numerabunt quoſcunq; totidem inter quos ſimiles ꝓportiones ⁊ ſimili modo continuate reperiētur ſicut inter illos omnes quiſq; ſuū corr̄ſidētē equaliter. ¶ Quia ex p̄nti illi in quibuſcūq; ꝓportionibus inter ipſos omnes repertis ⁊ cōtinuatis ſūt minimi quo habito ex añprecedēti ꝯſtat ꝓpoſitū. ¶ Hic tñ aduerte ꝙ nō oportet ꝙ quicūq; nūeri adinuicē p̄mi nūerēt quotcūq; totidē īter quos reperiūtur ſimiles ꝓportiones diſcōtinuate ſicut inter illos oēs reperiunt̃ dūcōtinuate quiſq; ſuū corr̄ſidētē equalit̃: ymo nō opꝫ ꝙ nūerēt quotcūq; totidē inter quos reperiunt̃ ſimiles proportiones ſicut ſunt ꝓportiones reperte ⁊ ꝯtinuate inter illos ſed aliter ꝯtinuatur inter alios ꝙ̄ inter illos q̄ſq; ſuū corr̄ſtēc equalit̃. Exēpla apparēt in añpcedēti

28 Si fuerint duo numeri contra ſe p̄imi ⁊ alter eoꝝ ducatur in numerum quem reliquus non numerat productus inde ab illo reliquo non numerabitur.

Sint a ⁊ b numeri contra ſe p̄imi ⁊ a ducatur in c numerum quem nō numerat b ⁊ ꝓducatur d. Tunc dico ꝙ b nō numerat d. Q2 dato oppoſito nūeret ipm̄ ſcđm e q2 igit̃ ex a in c tm̄ ſit ſicut ex b in e p.43.ſcđi a ad b eſt ea ꝓportio que e ad c ⁊ quia a ⁊ b ſunt adinuicē ꝑmi per correlarium antepreceder̄tis a numerabit e ⁊ b numerabit c equaliter quod repugnat ypotheſi.

29 Si numerum ꝓductum ex ductu duorum numeroꝝ vnius in alterum aliquis numeret ille alterum illorum duorum numerabit aut erit vtriq; commenſurabilis

Sit a numerus ꝓductus ex b in c ⁊ d nūeret a. Tunc dico ꝙ d numerat b vel c aut eſt vtriq; illorum commenſurabilis. Quia dato oppoſito d nullum illorum nūerabit ſed erit alteri eorumdem incommenſurabilis ſit ergo incommenſurabilis b quia igitur b ⁊ d ſunt contra ſe p̄imi ⁊ ex b in c ſit a ⁊ d non numerat c per precedentem d non numerabit a quod eſt contra ypotheſim.

30 Si fuerint duo numeri maiores vnitate ꝯtra ſe p̄imi ⁊ vnꝰ in alterum ducatur ⁊ quilibet in tertium maiorem vnitate vtriq; illorum p̄imum erunt tres numeri inde producti incommenſurabiles quorum quicunq; duo erunt adinuicem compoſiti.

Sint a ⁊ b numeri maiores vnitate contra ſe ꝑmi ⁊ c ſit maior vnitate ⁊ vtri illorum primus et ex a in b fiat d ⁊ e ex a in c ⁊ f ex b in c. ¶ Tūc dico primo ꝙ d e ⁊ f ſunt incommenſurabiles Dico ſecundo ꝙ quicunq; duo illorum ſunt commēſurabiles. ¶ Primum patet quia dato oppoſito ex ſecundo correlario.4.huius aliquis numerus primus illos omnes numerabit qui ſit g q2 igitur g numerus primus numerat f ꝓductum ex b in c per.6.huiꝰ g nūerat b aut c nūerat ergo b: et quia etiam g ꝑmus numerat e ꝓductū ex a in c ex eadē g nūerat a vel c ⁊ p ꝯñs b non erit vtriq; illorum ſcꝫ a ⁊ c ꝑmus quod eſt ꝯtra ypotheſim. Si aūt d nūeret c q2 etiam nūerat d ꝓductum ex a in b p.6.huius nūerabit a vel b ⁊ p ꝯñs c nō eſſet ꝑmus ad a ⁊ ad b quod eſt ꝯtra ypotheſim. ¶ Secđm ptꝫ q2 ex terminis ⁊ ex ypotheſi a maior vnitate nūerat d ⁊ e ⁊ b maior vnitate nūerat d ⁊ f ⁊ p idē adiuuante.13.p̄imi c maior vnitate numerat e ⁊ f vnde ex terminis manifeſte conſtat ſecundum.

31 Quacunq; proportione inter aliquos numeros reperibili data contingit minimos numeros talis proportionis inuenire.

Sint a b c d ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales quibus poſſint quotcumqꝫ addi in continua ꝓportionalitate ipſorum quorum a ſit minimus ꝯſtat tũc ꝙ illi qui poterũt addi in ꝯtinua ꝓportionalitate illis vſqꝫ in infinitum poterunt ipſis addi poſt d qꝛ alias numerus decreſceret in infinitum. Tunc dico ꝙ a nũerat illos omnes ⁊ ex conſequenti omnes qui poterunt illis addi. Quia a primus nũerat b ſcdm quo habito ex primo correlario .15. huius conſtat ꝓpoſitum. Sed ꝙ a numeret b ſic patet quia dato oppoſito ſit e maximus numerans a ⁊ b ⁊ f maximus numerans b ⁊ c ⁊ g maximꝰ numerans c ⁊ d cõſtat tunc e eſſe minorem a quia nõ poteſt eſſe maior ⁊ ſi ſit illi equalis accideret oppoſitum ypotheſis ⁊ quia primis quattuor poſſunt quotcumqꝫ addi in continua ꝓportionalitate poſt d etiã iſtis tribus per precedentem poterũt addi quotcumqꝫ in continua ꝓportionalitate poſt g ſcdꝫ eandem ꝓportionem a ad b quibus addatur h quia igitur a ad b vt e ad f ⁊ a nõ numerat b: e non numerabit f alias accideret oppoſitum primi correlarij prime ſecundi ſit ergo k minimus numerans e/ ⁊ f ⁊ l minimus numerans f ⁊ g ⁊ m minimus numerans g ⁊ h tunc ꝑ idem poterũt hꝭs tribus quotcumqꝫ addi in continua proportionalitate poſt m ſecundum ꝓportionem e ad f ⁊ k erit minor e ⁊ non numerabit l addito ergo eis quarto ⁊ datis maximis numerantibus binos et binos proximos et ita conſequenter procedendo accidet ꝙ numerus decreſcet in infinitum.

Co. **Ex p̃ñti ꝯſtat ꝙ nullis nũeris poterunt quotcumqꝫ in ꝯtinua** ꝓportionalitate ſecundũ eorum ꝓportionem addi niſi ipſorũ ꝓportio ſit multiplex aut ſubmultiplex.

31 **Si quotcũqꝫ nũeri ab vnitate inchoãdo fuerint ꝯtinuo ꝓportionales** quilibet ꝓcedẽs quẽlibet ſequẽtẽ nũerabit ⁊ nullꝰ nũerabit vltimũ niſi ſcdꝫ aliquẽ eorũdẽ.

Sint vnitas ⁊ a b c d e f ordinatim ꝯtinuo proportionales. ¶ Tunc dico primo ꝙ quilibet precedens illorum quemlibet ſequentem numerat. Dico ſcdo ꝙ nullus illorum numerat f niſi ſecundum aliquem illorum. ¶ Primum patet quia vnitas qui eſt primus illorum numerat ſecundum quo habito ex primo correlario .15. huius conſtat illud ¶ Scdm patet quia f nũerat ſe ſecundũ vnitatẽ ⁊ vnitas numerat f ſecundũ f ⁊ quia vnitatis ad a eſt ea ꝓportio que e ad f ⁊ vnitas numerat a/ per a ex correlario prime ſcdi e numerabit f per a ⁊ per idẽ d numerabit e per a ⁊ a nũerabit b per a ⁊ b numerabit c per idem a ⁊ c numerabit d per idem a quare per .21. primi d numerabit f per b productum ex a in a ⁊ per eandem c numerabit f per productum ex b in a qui ꝓbatus eſt ipſemet c ⁊ b numerabit idem f ⁊ per productum ex c in a qui probatus eſt d ⁊ a numerabit f per productum ex d in a qui probatus eſt e vnde conſtat ſecundum. In quotcũqꝫ pluribus conſimilis eſt demonſtratio.

1.co **Ex preſenti conſtat ꝙ in caſu propoſitiõis nullus illorum numerat** aliquem ipſorum niſi ſecundum aliquem eorumdem. ¶ Dato enim oppoſito ⁊ facto illo numerato vltimo accideret oppoſitum ſecunde partis preſentis.

2.co **Patet vltra ꝙ in tali caſu quilibet precedens numerat quemlibet** ſequentem ipſum per aliquem illorum qui totus eſt ab vnitate in ordine quotus ille numeratus eſt ab ipſo. Et ex conſequenti in tali caſu quilibet precedens eſt pars aliquota ſequentis Quia oſtẽſum eſt a numerare f per e ⁊ a numerare b per ſeipſum ⁊ a numerare c per b ⁊ a numerare d per c et e per d conſtat igitur illud de a ⁊ de quocumqꝫ alio eodem modo conſtat ex demõſtratione preſentis Et ex conſequenti quilibet precedens numerabit proximum ſequentem ipſum per ſecundum ab vnitate ⁊ ita deinceps: patet igitur primum. Scdm autem patet quia quilibet ꝓcedens quocũqꝫ ſequẽti eſt minor ergo ex preſenti cum adiutorio .12. petitionis quilibet precedens cuiuſlibet ſequentis eſt pars aliquota patet igitur ſecundum.

32 **Si fuerint quotcumqꝫ nũeri cõtinuo proportionales ab vni**tate inchoando cuiuſlibet eorum ad vnitatem eſt ea proportio que totius in ordine ipſorum poſt ipſm in ordine ad ipſum.

Quia per ſcdm correlarium precedentis quilibet ipſorum numerabit totũ poſt ipſum quotus ipſe ab vnitate per ſeipſum quare ex terminis quotiens vnitas in ipſo totiens ipſe in illo toto poſt ipſum ⁊ per cõſequens vnitas erit tota pars aliquota ipſius quota ipe illꝰ totꝰ poſt ipſm vſ. ſatis conſtat ꝓpoſitum. Hoc etiam ꝑ equam ꝓportionalitatem directam manifeſte concludi poteſt.

Co. **Ex preſenti conſtat ꝙ ſi fuerint quotcũqꝫ numeri ordinatim** continuo proportionales ab vnitate inchoando ⁊ aliquis illorum ſequẽs vnitatem ducatur in aliquẽ ſequentẽ vnitatẽ proueniet inde aliquis illorũ qui totus erit poſt quẽlibet illorũ quotꝰ alter eorꝫ poſt vnitatem. Hoc ex .13. primi ⁊ ex ſcdo correlario ꝓcedentis ⁊ ex terminis conſtat in forma.

33 **Si quotcūq; nūeri ab vnitate īchoādo fuerint ordinatim ꝯti**
nuo ꝓportiōales ⁊ eorū ſcd's fuerit nūer⁹ p̄m⁹ null⁹ nūerabit vltimū niſi aliq̄s ī illo ordie poſitoꝝ.

Sint vnitas ⁊ a b c d ordinatim continuo ꝓportionales ⁊ a ſcd's eoꝝ ſit numerus p̄mus. Tūc dico ꝙ nullus numerat d niſi aliquis in illo ordine poſitoꝝ. Quia dato oppoſito ſit ille e/ qui nūeret d ſcd'm f tunc ex p̄mo correlario. 13. primi f nūerabit d ſcd'm e quare ſicut e nō eſt aliquis in illo ordine poſitorum ita nec f alias eni accideret oppoſitū añprecedentis ⁊ quia ꝑ ſcd'm correlarium añprecedētis a nūerus p̄mus nūcrat d ꝓductum ex e in f ꝑ c ꝑ. 6. tertij a nūerabit e aut f nūeret ergo e ⁊ q꞉ ꝑ tertium correlariū. 43. ſcd'i ꝓportio a ad e erit q̄ f ad c ꝑ correlariū p̄ie ſcd'i f numerabit c quem numeret per g qui per primum correlarium. 13. primi numerabit c per f ⁊ quia f non eſt aliquis in illo ordine poſitorū g etiā non erit aliquis in illo ordine poſitorū alias eni accideret oppoſitum añprecedētis ⁊ q꞉ ꝑ ſecūdum correlariū añprecedētis a nūerus primus nūerat c ꝓductum ex f in g ꝑ b ꝑ. 6. tertij a nūerat f aut g: numeret ergo g tunc ꝑ tertium correlariū. 43. ſcd'i a ad g vt f ad b quare ꝑ primum correlariū p̄me ſcd'i f nūerabit b quē nūeret ꝑ h qui ꝑ p̄mum correlarium. 13. p̄mi nūerabit b ꝑ f quare h nō erit aliquis poſitorū in illo ordine quia alias accideret oppoſitū añprecedētis ⁊ quia ꝑ ſcd'm correlariū añprecedētis a nūerus p̄mus ꝑ ſeipſū nūerat b ꝓductum ex f in h per. 6. tertij a nūerat f aut h nūeret g h ⁊ q꞉ ꝑ. 1. correlariū. 43. ſcd'i a ad h ē ea ꝓportio que f ad a ꝑ correlarium p̄me ſcd'i f nūerabit a cū igit f ſit maior vnitate q꞉ alias g eſſet equalis c ⁊ per ꝯſ's aliquis in illo ordine poſitorum cuius oppoſitū eſt oñſum ſeq̄tur ꝙ f maior vnitate nūcrat a ⁊ cū f non poſſit eſſe maior a nec illi equalis q꞉ tunc eſſet aliquis poſitorum in illo ordine erit minor a ⁊ ex conſequēti per. 12. petitionem erit pars aliquota a ⁊ per conſequens ex terminis a eſſet numerus compoſitus quod repugnat ypotheſi. In quotcumq; pluribus conſimilis eſt demonſtratio.

Co. **Ex p̄nti ꝯſtat ꝙ ſi fuerint quotcūq; nūeri ordinatim cōtinuo**
proportionales ab vnitate inchoando ⁊ ſecundus poſt vnitatem fuerit primus nullus numerabit aliquem poſitorum in illo ordine niſi aliquis illorum. ¶ Quia dato oppoſito huius ⁊ facto illo numerato vltimo alijs relictis accideret oppoſitum preſentis.

34. **Si quotcumq; numeri ab vnitate inchoando fuerint ordina**
tim continuo proportionales ⁊ aliquis primus numeret vltimum ille idem numerabit ſecundum.

Sint vnitas ⁊ a b c d ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ſitq; e nūerus p̄mus nūerans d. Tūc dico ꝙ d nūerat a ſcd'm. Quia dato oppoſito ꝑ p̄mā tertij e erit p̄mus ad a ⁊ q꞉ ex terminis ⁊ ex ſcd'o correlario. 31. huius ex a in ſe fit b ꝑ. 3. tertij e erit p̄mus ad b ⁊ quia ex eodē correlario et ex terminis ex a in b fit c ꝑ. 12. tertij e p̄mus ad a ⁊ ad b erit etiam primus ad c ⁊ quia ex eodē correlario ex a in c fit d ꝑ. 13. tertij e p̄mus ad a ⁊ ad c erit p̄m⁹ ad d qd' ē īpoſſibile q꞉ ex q̄ ꝑ ypotheſim numerat d ꝑ p̄mam tertij erit illi ꝯmenſurabilis. In quotcumq; pluribus conſimilis eſt demonſtratio.

1. co **Ex p̄nti ꝯſtat ꝙ ſi quotcūq; numeri ab vnitate inchoando fu**
erint ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ⁊ aliquis numerus primus nūeret aliquem eorum ille numerabit oēs poſt vnitatem. ¶ Quia ſi numeret ſecundum cum per ſecundum correlariū. 31. huius ſcd's nūeret quemlibet poſt vnitatem per. 21. p̄mi ille numerabit quemlibet poſt vnitatem. Et ſi numeret aliquem poſt ſcd'm illo facto vltimo ex p̄nti ille nūerabit ſcd'm quo habito ſicut ſtatim patet ꝓpoſitū.

2. co **Patet ſcd'o ꝙ ſi quotcūq; nūeri ab vnitate inchoando fuerint**
ordinatī ꝯtinuo ꝓportionales ⁊ aliquis ſit ꝯmenſurabilis alicui eoꝝ ille erit ꝯmenſurabilis cuilibet eorū poſt vnitatē. Et ſi aliquis alicui eorū p̄ter vnitatē ſit incōmenſurabilis ille cuilibet eorūdem erit incōmenſurabilis. ¶ Primū p꞉ quia dato añte illius ꝑ ſcd'm correlariū. 4. tertij aliquis p̄mus numerabit illū ⁊ illū illius ordinis cui eſt commenſurabilis qui per correlarium precedens numerabit oēs vnde ex terminis ꝯſtat p̄mū. Scd'm patet a deſtructione ꝯñtis ad deſtructionem antecedentis.

35 **Si numerorum ordinatim continuo proportionaliū prim⁹**
de ſecundo tollatur ſimiliter ⁊ ex vltimo reſidui ſecundi ad primum erit ea proportio que reſidui vltimi ad compoſitum ex omnibus precedentibus.

Sint a primus ⁊ a b ſcd's ⁊ c tertius ⁊ a d quartus ordinatim cōtinuo ꝓportionales quoꝝ a ſit minimus ⁊ a detracto ex b a remaneat b ⁊ detracto ex a d vltimo remaneat d. Tunc dico ꝙ d ad ꝯpoſitum ex tribus p̄mis illorū eſt ea ꝓportio q̄ b ad a. Nā cum a ſit minor a b ꝑ primā ſecundi a b eſt minor c ⁊ c minor a d ⁊ ꝑ ꝯuerſam ꝓportionalitatē a d ad c vt c ad a b ⁊ vt a b ad a vltra diuiſionē ergo ſcd'm quā a d adequate diuidit in a detractum ⁊ d reſiduū diuido ip̄m alia diuiſione in duas partes quaruꝫ vna ſit equalis c que ſit e f g ⁊ alia ſit h ⁊ quia c eſt maior a b etiā e f g eſt maior a b diuido ergo e f g in duas ꝑtes quarū vna ſit equalis a b q̄ ſit e f reſidua ſit g ⁊ quia a b maior eſt a etiā e f maior eſt a diuido ergo e f in duas ꝑtes quarū vna ſit equalis a que ſit e ⁊ reſidua ſit f ꝯſtat tunc f eſſe equalē b quia totus e f ex ypotheſi eſt equalis toti a b ⁊ e eſt equalis a quare ꝑ. 17. petitionē f eſt equalis b ⁊ ex ꝯñti totus f g h eſt equalis d quia ex ypotheſi totus a d eſt equalis toti e f g h ⁊ a vna ꝑs illius equalis e quare ꝑ eandē dignitatē reſidua pars eius puta d erit equalis reſidue parti alterius puta toti f g h. Cōſtat inſup iſtos quattuor nūeros a d ⁊ e f g ⁊ e f ⁊ e eſſe ordinatiꝫ cōtinuo ꝓportionales ſcd'm ꝓportionem a d ad c/ q꞉ ſunt ordinatim equales illis quattuor a d ⁊ c ⁊ a b

⁊ a qui ex ẏpotheſi taliter ſe habēt ⁊ q̄ȝ h eſt dr̄a a d a d e f g ⁊ g bis e f g a d e f ⁊ f dr̄a e f ad e per ſecundū correlariū .27. ſcd̄i h g ⁊ f erunt ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ſcd̄m eandē ꝓportionē puta a d ad e erit igitur h ad g vt c ad a b ergo ꝑmutatim h ad c vt g ad a b ⁊ per idē g ad a b vt f ad a quare per .18. ſcd̄i totus f g h ad totū ꝯpoſitum ex a ⁊ a b ⁊ ex c erit ea ꝓportio que h ad c ⁊ ex ꝓ̄miſſis que f ad a cū igit̄ f ꝓbatꝰ ſit equalis b ⁊ totꝰ f g h eq̄lis d ꝯſtat ꝓpoſitū. In quotcūq̧ pluribus ꝯſimilit̄ oſ= no oſ̄datur ꝓpoſitū deſcendēdo ꝓportionabiliter in talibꝰ diuiſionibus a maximo vſq̧ ad minimum

1. co **Ex ꝓ̄miſſis ꝯſtat ꝙ ſi quotcunq̧ numeri fuerint ordinatim continuo** proportionales a minimo inchoando ⁊ primus de ſecundo tollatur ſimiliter ⁊ ex aliquo alio ſequentium reſidui ſecundi ad primum erit ea proportio que reſidui alterius ad compoſitum ex omnibus alijs precedentibus. Conſimilis eſt demonſtratio huius ſicut preſentis.

2. co **Patet vltra ꝙ ſi quotcūq̧ numeri fuerint ordinatiȝ cōtinuo** ꝓportionales fuerit q̧ ſcd̄s duplus vel maior q̄ȝ duplus ad primū vocādo p̄mum minimū ⁊ ſcd̄m minimū aliorū quilibȝ ſequēs ſcd̄m erit maior ꝯpoſito ex oībus alijs p̄cedētibus. ¶ Nā tunc detracto p̄mo de ſcd̄o reſiduū eſſet equale p̄mo vel eo maius cuȝ igit̄ illo primo detracto ex quocunq̧ alio ſequenti reſidui illius ad ꝯpoſitū ex oībus p̄cedentibus ſit ea ꝓportio que reſidui ſecundi ad primuȝ per primam ſecūdi reſiduū cuiuſcūq̧ alterius erit equale compoſito ex omnibus alijs p̄cedentibus vel illo maior. Et ex conſequenti quilibet ſequens erit maior compoſito ex oībus alijs precedētibus.

36 **Quibuſcūq̧ duobus nūeris inequalibus datis ⁊ quotcunq̧** alijs ꝯtinuo ꝓportiōalibꝰ ſcd̄ȝ ꝓportionē illoꝝ duoꝝ ſūptis ſi minor ī minorē ⁊ maior ī maiorē ducāt̄ ⁊ ꝓductoꝝ dr̄a ꝑ dr̄am illoꝝ duoꝝ diuidat̄ exibit nūerus choacervatus ex oībꝰ illis ꝓportionalibꝰ.

Sint a b numerus maior ⁊ a minor ⁊ b eorū dr̄a ⁊ ſint c d e f ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ſecundū ꝓportionē a b ad a ⁊ ex a b in illos quattuor c d e f ordinatim ⁊ ſeorſū fiant ordinatim g h k l qui ꝑ ſcd̄m correlariū .21. ſcd̄i erunt ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ſcd̄m eandē ꝓportionem a b ad a quare ꝑ p̄mā ſcd̄i g eſt maior h ⁊ h maior k ⁊ k maior l ſit inſuꝑ m ꝓductus ex a in f erit tūc ꝑ .21. ſcd̄i l ad m vt a b ad a quare ꝑ primaȝ ſcd̄i l eſt maior m ⁊ a fortiori g erit maior m ſit ergo r dr̄a g ad m. Tunc dico ꝙ ſi r diuidat̄ ꝑ b exibit numerus ꝯpoſitus ex illis quattuor c d e f. Sit cū n dr̄a g ad h ⁊ o dr̄a h ad k ⁊ p dr̄a k ad l ⁊ q dr̄a l ad m tunc ꝑ .21. dignitatē r dr̄a g ad m ex oībus illis n o p q adequate reſultabit ⁊ quia a b ad a eſt ea ꝓportio que e ad f ꝑ .43. ſcd̄i ex a in e fiet l tm̄ ſcȝ ſicut ex a b in f ⁊ ꝑ ideȝ ex a in d fiet k tm̄ ſcȝ ſicut ex a b in e ⁊ ꝑ idem ex a in c fiet h ⁊ q̄ꝛ ꝑ .16. primi l ꝓductus ex a b in f eſt equalis ꝯpoſito ex hijs q̄ fiunt ex a in f ⁊ ex b in f ⁊ ex ẏpotheſi m fit ex a in f reſiduus ꝑs l puta q fiet ex b in f ⁊ quia ꝑ eandē primi k ꝓductus ex a b in e eſt equalis ꝯpoſito ex ꝓductis ex a in e ⁊ ex b in e ⁊ ex a in e fit l vt ꝓbatū eſt ꝑ reſiduā ꝑs k fiet ex b in e ⁊ per idē o fiet ex b in d ⁊ ꝑ idem n fiet ex b in c ergo ꝑ .14. p̄mi r ꝯpoſitus ex n o p q fiet ex b in cōpoſitum ex c d e f ergo per .20. petitionem diuiſo r per b redibit compoſitus ex c d e f quod eſt propoſitum. Et ſi plures aut pauciores ſumerentur ꝯtinuo ꝓportionales ſcd̄m ꝓportionē a b ad a ꝯſimilis eſt oīno demōſtratio.

37 **Si fuerint quotcūq̧ nūeri ordinatim cōtinuo ꝓportionales** ab vnitate ichoādo nullꝰ eoꝝ nūerabit̄ a ꝯpoſito ex vnitate ⁊ ex aliquo alio vel aliq̄bus alijs illoꝛū.

Sint vnitas ⁊ a b c d ordinatī ꝯtinuo ꝓportionales ⁊ ſit e q̄cū q̧ ꝯpoſitꝰ ex vnitate ⁊ ex aliquo illorū vel aliquibꝰ illorū p̄ter vnitatē quē ꝯſtat eſſe maiorē a. Dico igit̄ ꝙ e nō nūerat aliquē illorū. Quia dato oppoſito ſi e ſit nūerus p̄mus ꝑ primū correlariū .34. huius nūerabit a maior ſcȝ minorē quod eſt impoſſibile. Et ſi e ſit nūerus ꝯpoſitus ꝑ .4. tertij ab aliquo p̄mo numeratur qui ſit f ille ꝑ .21. p̄mi nūerabit illum illorū ꝓportionaliū quē numerat e quare per primū correlariū .34. huius f nūerabit quēlibet eorū poſt vnitatē cum igitur reſidua pars e preter vnitatē ſit aliquis illorum vel ꝯponatur adequate ex aliquibus illoꝝ ꝑ primū correlariū .14. p̄mi f nūerabit reſiduā ꝑtē e p̄ter vnitatē quam faciā detractum ex e ⁊ vnitatem reſiduum ⁊ cum f numeret etiam e totum per .20. primi numerabit vnitatem maior ſcilicet minorem quod eſt impoſſibile.

38 **Si duobus nūeris inequalibꝰ nō poſſit tertiꝰ addi in ꝯtinua** ꝓportionalitate poſt maiorē nullus ſe habebit ad ꝯpoſitum ex illis ſicut maior ad minorem. Et ſi nullus poſſit eis addi poſt minorem nullus ſe habebit ad ꝯpoſitum ex illis ſicut minor ad maiorem.

Primū p̄tȝ ſint a maior ⁊ b minor quibus nō poſſit addi aliquis in ꝯtinua ꝓportionalitate poſt a ita ꝙ a ſe habeat ad aliquē vt b ad a aut aliquis ad a vt a ad b. Tūc dico ꝙ nullus ſe hȝ ad totū a b vt a ad b. Quia dato oppoſito ꝑ primā ſcd̄i ille eſſet maior toto a b ⁊ a fortiori maior a ſit ergo ille adequate ꝯpoſitus ex c ⁊ a cum igit̄ c a ad a b vt a ad b ꝑmutatī c a ad a vt a b ad b ergo diſiunctim c ad a vt a ad b quod repugnat ẏpotheſi. ¶ Scd̄m patȝ ſit ita vt b minor a non ſe habeat ad aliquem vt a ad b nec aliquis ad b vt b ad a. Tūc dico ꝙ nullus ſe habet ad totū a b ſicut b ad a. Nā dato oppoſito ꝑ .8. ſcd̄i ille eſſet maior b ſit ꝙ adequate ꝯpoſitus ex b ⁊ c q̄ꝛ igit̄ b c ad a b vt b ad a ꝑmutatim b ad b c vt a b ad a ergo diſiunctim c ad b vt b ad a quod repugnat ẏpotheſi.

Co. **Ex ꝓ̄miſſis ꝯſtat ꝙ in primo caſu ꝓpoſitiōis compoſitus ex illis** nō ſe habebit ad aliquē ſicut minor ad maiorē ⁊ in caſu ſcd̄o nō ſe hēbit ad aliquē ſicut maior ad minorē. Nā dato oppoſito alicuiꝰ iſtoꝝ ſtatī ꝑ ꝯuerſā ꝓportionalitatē hēbit̄ oppoſitū alicuius ꝑtis ꝓ̄miſſis;

39 **Si fuerint quotcūꝙ nūeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ꝗ**bus nō poſſit aliquis addi poſt vltimuꝫ in ꝯtinua ꝓportionalitate erit cōpoſiti ex primo ⁊ ſecundo ad cōpooſitum ex ſecūdo ⁊ tertio ea ꝓportio que primi ad ſecundū. Et ſimiliter cōpoſiti ex ſecūdo ⁊ tertio ad cōpoſitum ex tertio ⁊ quarto ſi tot fuerint erit eadē ꝓportio ⁊ nō poterit illis compoſitis addi aliquis in cōtinua ipſorum ꝓportionalitate poſt compoſitum ex vltimo ⁊ penultimo.

Sint a b c d ordinatim cōtinuo ꝓportionales quibus nō poſſit aliquis addi poſt d in ꝯtinua proportionalitate. ¶ Tūc dico p̄mo ꝙ totus a b ⁊ tot⁹ b c ⁊ totus c d ſūt ordinatim cōtinuo ꝓportionales ſcḋm ꝓportionē a ad b. ¶ Dico ſcḋo ꝙ illis nō pōt aliq̄s addi in ꝯtinua ipſorū ꝓportionalitate poſt totū c d. ¶ Primū ptꝫ qꝛ ex ẏpotheſi a ad b vt b ad c ergo p. 18. ſcḋi totus a b ad totuꝫ b c vt a ad b ⁊ ꝑ eandeꝫ totus b c ad totum c d vt b ad c vñ conſtat primum. ¶ Secundum ptꝫ qꝛ ſi c fuerit maior d ex ſecunda parte correlarij precedentis conſtat propoſitum ⁊ ſi c fuerit minor d ex prima eiuſdem correlarij conſtat illud. In quotcumꝙ pluribus conſimilis eſt demonſtratio.

40. **Si poſt aliquem duorum numerorum non poſſit tertius ad**di in continua proportionalitate non poterit alteri eorumdem ⁊ compoſito ex ipſis poſt ipſum compoſitum aliquis in continua proportionalitate adiungi.

Sint a ⁊ b duo numeri quib⁹ nō poſſit terti⁹ addi in ꝯtinua ꝓportionalitate poſt b ⁊ ſit c cōpoſitus ex illis. Tūc dico ꝙ nullus poterit addi a ⁊ c in ꝯtinua ꝓportionalitate poſt c. Dato eñ oppoſito ſit ille d ita vt a ad c vt c ad d erit tūc ꝯuerſim d ad c vt c ad a cum igit̃ c ſit maior a ꝑ primā ſcḋi d eſt maior c ſit ergo e detract⁹ ex d ⁊ c reſiduus ⁊ a detract⁹ ex c ⁊ b reſidu⁹ erit tunc ꝓportio totius e c ad c vt totius a b ad a quare ꝑ diſiunctam proportionalitatem e ad c vt b ad a: ergo per cōuerſam proportionalitatem c ad e vt a ad b ſi igitur a ſit maior b accideret oppoſitum ſecunde partis correlarij antep̄cedentis. Et ſi minor oppoſitum prime patet igitur propoſitum.

41 **Si fuerint quotcūꝙ nūeri ordinatim cōtinuo ꝓportionales** ſcḋm aliquā ꝓportionem fuerintꝙ totidē alij ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ſecundū eandē ꝓportionem cuiuſlibet p̄mi ordinis ad quemlibet aliū eiuſdem erit ea ꝓportio que ſibi correſpondentis ad correſpondentem alteri in alio ordine ſimiliter ⁊ cuiuſlibet primi ad cōpoſitum ex quibuſcūꝙ eiuſdeꝫ ordinis erit ea ꝓportio que ſibi correſpondentis ad compoſitum ex correſpondētibus illis in alio.

Sint a b c d primo ordine ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ⁊ ſint ſcḋo ordine e f g h ordinatim cōtinuo ꝓportionales ſcḋm eandē ꝓportionem. ¶ Tunc patꝫ primū qꝛ ex ẏpotheſi a ad b vt e ad f ⁊ b ad c vt f ad g ergo ꝑ equam ꝓportionalitatē directā a ad c vt e ad g ⁊ quia etiā ex ẏpotheſi c ad d vt g ad h ꝑ idem a ad d vt e ad h quare plurics per ꝯuerſā ꝓportionalitatē b ad a vt f ad e ⁊ c ad a vt g ad e ⁊ d ad a vt h ad e ⁊ quia b ad c vt f ad g ⁊ c ad d vt g ad h ꝑ equam ꝓportionalitatem b ad d vt f ad h ⁊ per ꝯuerſā d ad b vt h ad f ⁊ c ad b vt g ad f ⁊ d ad c vt h ad g vñ ꝯſtat primū. ¶ Scḋꝫ aūt ex iſto p̄mo ⁊ ex. 39. ſcḋi ꝯſtat i forma. In quotcūꝙ plurib⁹ ꝯſimilis eſt demonſtratio.

1. co **Ex p̄nti cōſtat ꝙ in caſu ꝓpoſitionis cuiuſlibet adequate ꝯpo**ſiti ex aliquibus primi ordinis ad quēlibet illius ordin's eſt ea ꝓportio ꝗ adequate ꝯpoſiti ex correſītib⁹ illis ad correſītē illi in alio. Hoc ex ſcḋa pte p̄cedentis ⁊ ex ꝯuerſa proportionalitate euidenter cōſtat.

2. co **Patet vltra ꝙ ſi fuerint quotcūꝙ numeri ordinatim ꝯtinuo** ꝓportionales inchoando a minimo ⁊ aliquis ſequēs ꝯpoſito ex aliquib⁹ p̄cedentib⁹ ſit maior quilibꝫ ſequēs ipm̄ ꝯpoſito ex totidē p̄cedentibus ꝯſimiliter diſtātib⁹ ab illo ſicut aliq̄ diſtant ab alio erit maior. Et ſi minor minor. ¶ Faciēdo eñ duos ordies vnū ab illo ſequēte vſꝙ ad mīmū ⁊ aliū ab alio ſequēte deſcēdēdo donec totidem habeantur ex p̄cedēti cū adiutorio p̄me ſcḋi ꝯſtat totum ꝓpoſitum.

¶ Quarti Elementorum Arithmetices Gaſparis Lax finis.

¶ Quinti Elementorum Arithmetices Gaſparis Lax.

¶ Diffinitiones.

1 **Quelibet ꝓportio maioris inequalitatis alte**ra eiuſdē rationis cum ipſa maior ſupra illaꝫ addit proportionem ex qua
2 cum illa adequate componitur.
¶ Quelibet aūt ꝓportio minoris īequalitatis altera eiuſdem rōnis cū
3 ipſa minor vltra illā addit ꝓportionē ex qua cum illa adequate ꝯponitur.
¶ Differentia ꝓportionum inequaliū eiuſdē rationis eſt ꝓportio quam maior vltra minorem vel minor vltra maiorem addit.
4 ¶ Proportionem proportioni addere eſt illam cū illa proprie continuare ita vt ex eis vna totalis efficiatur.
5 ¶ Proportionē aūt a ꝓportione ſubſtrahere eſt illā cum pte illius cum qua illam conſtituit diſcontinuare vel illam a qua ſubſtrahi debet anichilari.
6 ¶ Proportioneꝫ maioris inequalitatis augere eſt proportionem maioris inequalitatis ipſi addere.
7. ¶ Proportionē aūt maioris īeq̄litatis diminuere e ꝓportionē maioris īeq̄litatis ab ea ſubſtrahere
8 ¶ Proportionē minoris inequalitatis augere eſt ꝓportionem minoris inequalitatis ab ea auferre.

9 ¶ Proportionē aūt minoris inequalitatis diminuere eſt ꝓportionē minoris ſequalitatis illi addere
10 ¶ Proportionem in duas adequate diuidere eſt terminū mediū inter terminos eius maiorem minori ⁊ minorē maiori ſtatuere ⁊ ipſm ad ꝯñs illius ⁊ añs eiuſdem ad illud cōparare. Proportionem aūt in tres adequate diuidere eſt duo media inequalia inter extrema illius quorū quodlibet ſit maius minori ⁊ minus maiori ſtatuere ⁊ añs illius ad vnū illorū ⁊ illud ad reliquum ⁊ reliquum ad cōſequens cōparare ita vt omnes proportiones ꝓuenītes inde ſint eiuſdem rōnis cum illis ⁊ ita deinceps.

¶ Iſtarū diffinitionum expoſitiones q̃ ſatis ad longum in tractatu ꝓportionum tangūtur ibi ꝓpter breuitatem relicte ſunt. Ibi tñ ſupponenda ſunt ea que in expoſitionibus diffinitionum .2. capli dicta ſunt ⁊ ſignāter ea que de compoſitione proportionum dicta ſunt ibi fundamentaliter ſupponuntur.

¶ Libri quinti propoſitiones.

1 Quaſcūq̃ duas ꝓportiones inequalitatis in nūeris reperibiles contingit in tribus numeris reperire quorum idem vtriuſq̃ ſit antecedens. Et ſimiliter in tribus quorum idem ſit vtriuſq̃ conſequens.

¶ Sint a ad b ⁊ c ad d quecūq̃ due ꝓportiones ſequalitatis in nūeris reperibiles. Tūc dico p̄mo q̃ ꝯtingit ipſas reperire in tribus nūeris quorum idē ſit vtriuſq̃ añs. Dico ſcd̃o q̃ contingit illas in tribus reperire quorū idē ſit vtriuſq̃ ꝯñs. ¶ Primū p3 duco añs p̄me in añs ſcd̃e puta a in c ⁊ fiat e ⁊ añs p̄me in ꝯñs ſecunde puta a in d ⁊ fiat f duco inſuꝑ ꝯñs p̄me in añs ſcd̃e puta b in c ⁊ fiat g tunc ꝑ .21. ſcd̃i e ad f ē ea ꝓportio q̄ c ad d ⁊ ꝑ eandē e ad g q̄ a ad b inuente ſūt ergo ille due in illis tribus nūeris productis quorū e ꝓductus ex añte vnius in añs alterius eſt vtriuſq̃ añs: p3 igitur p̄mum. ¶ Scd̃m p3 duco ꝯñs p̄me in ꝯñs ſcd̃e puta b in d ⁊ fiat e ⁊ ꝯñs p̄me in c añs ſcd̃e ⁊ fiat f ⁊ a añs p̄me in ꝯñs ſecunde ⁊ fiat g tūc ꝑ .21. ſcd̃i ꝓportio f ad e eſt que c ad d ⁊ ꝑ eandē g ad e que a ad b inuente ſunt ergo ille in tribus numeris quorum e productus ex conſequēte vnius in cōſequens alterius eſt vtriuſq̃ conſequens vnde conſtat ſecundum.

2 ¶ Quotcūq̃ proportiones inequalitatis in nūeris reperibiles contingit in aliquib⁹ nūeris ſtabilire quorꝫ idē cuiuſlibet illarꝫ ſit añs ſimiliter ⁊ in aliqbus quorum idem cuiuſlibet illarum ſit cōſequens. ¶ Primum p3 quia quibuſcūq̃ talibus datis inueniā ꝑ precedentē p̄mas duas in tribus nūeris qui ſint a b c quorum a ſit vtriuſq̃ añs ⁊ ſit ꝓportio d ad e tertia ſumptarū ⁊ ꝓportio f ad g quarta ⁊ duco a in d ⁊ fiat h ⁊ b in d ⁊ fiat k ⁊ c in d ⁊ fiat l ⁊ a in e ⁊ fiat m. Tunc ꝑ .21. ſcd̃i plures ſumptam h ad k vt a ad b ⁊ h ad l vt a ad c ⁊ h ad m vt d ad e inuente ſūt ergo p̄me tres in illis quattuor nūeris h k l m quorum h cuiuſlibet illarū eſt añs duco igitur illos quattuor ordinatim ⁊ ſeorſum in f ⁊ fiant ordinatim n o p q ⁊ duco h in g ⁊ fiat r tūc ꝑ .21. ſcd̃i plures ſumptā proportio n ad o eſt que h ad k ⁊ n ad p q̄ h ad l ⁊ n ad q que h ad m ⁊ n ad r que f ad g inuēte ſūt ergo ille quattuor in hys quinq̃ numeris vltimo ꝓductis quorū n cuiuſlibet illarum eſt añs. Et ſi fuerint plures duc oēs iſtos in añs quinte ⁊ poſtea p̄mum iſtorū in ꝯñs quinte ⁊ pari forma inuenies illas in aliquibus numeris vt ꝓpoſitū erat. Et ita in quotcūq̃ pluribus ꝓcedatur p3 igit̃ p̄mum. ¶ Scd̃m p3 quia quibuſcūq̃ tal.b⁹ datis inueniā ꝑ p̄cedentem p̄mas duas in tribus nūeris qui ſint a b c quorū idem ſit vtriuſq̃ ꝯñs ⁊ ducam illos ſeorſū ⁊ ordinatim in ꝯñs tertie ⁊ poſtea ꝯñs iſtarum in añs tertie ⁊ occurret propoſitum in trib⁹ ⁊ illud quod producet̃ ex a in ꝯñs tertie erit ꝯñs illarum triū. Et ſi fuerint plures ducam poſtea oēs illos numeros in quib⁹ tres ſunt taliter inuente in ꝯñs quarte. Et vltra ꝯñs illarū trium in añs quarte ⁊ tunc erūt ille quattuor inuente in quinq̃ terminis quorum productus ex conſequente p̄marum trium in conſequens quarte erit cuiuſlibet illarum cōſequens. Hec omnia ex .21. ſcd̃i maniſeſtiſſime conſtant. Et ſi fuerint plures proportionabiliter omnino procedatur.

Co. ¶ Ex premiſſis iſtarum demōſtratiue apparet modus cognoſcendi de quibuſcūq̃ duabus ꝓportionibus ꝓpoſitis an ſint equales vel ſequales. Et ſi inequales q̄ illarū maior poſitis eñ illis in tribus nūeris quorū idē ſit vtriuſq̃ añs ſi alij duo ſint equales ꝑ .2. ſcd̃i ille erūt equales. Et ſi inequales ꝑ 3. eiuſdē inequales ⁊ ꝑ .4. ſcd̃i illa que erit illius añtis ad maiorē aliorū erit minor ⁊ q̄ ad minore maior ⁊ ſi ponantur in trib⁹ terminis quorū idem ſit vtriuſq̃ ꝯñs ſi alij duo ſint equales ille ſūt equales. Et ſi inequales ⁊ illa q̄ erit maioris illorum ad illud ꝯſequens erit maior ⁊ alia minor. Et eodem modo apparet ex preſenti de quotcūq̃ propoſitis modus cognoſcendi an ſint equales vel inequales ⁊ ſi inequales que illarum ſit maxima ⁊ que illarum ſit minima.

3 ¶ Si fuerint due proportiones maioris inequalitatis inequales exceſſus maioris ſupra minorem erit ꝓportio ꝓducti ex añte maioris in ꝯñs minoris ad ꝓductum ex cōſequente maioris in añs minoris. ¶ Sit a ad b maior ꝓportio maioris inequalitatis q̄ c ad d ⁊ ex a in c fiat e ⁊ ex a in d fiat f ⁊ g ex b in c. Tunc ꝑ .4.5. ſcd̃i f erit maior g. Dico igit̃ q̃ exceſſus ꝓportionis a ad b ſupra ꝓportionem c ad d eſt ꝓportio f ad g. Quia ꝑ .21. ſcd̃i ꝓportio e ad f eſt que c ad d ⁊ e ad g q̄ a ad b quare ex terminis e eſt mai⁹ f ⁊ mai⁹ g cū igit̃ f ꝓbatus ſit maior g ꝓportio e ad g adequate ꝯponet̃ ex proportionib⁹ e ad f ⁊ f ad g quare ꝑ p̄mam ſuppoſitionem ſcd̃i proportio e ad g q̄ ꝓbata eſt que a ad b excedet ꝓportionem e ad f que probata eſt que c ad d per proportionem f ad g vnde conſtat propoſitum.

4 ¶ Si fuerint due ꝓportiones minoris inequalitatis inequales minor illarum addet ſupra maiorē ꝓportionē ꝓducti ex ꝯñte maioris in añs minoris ad productum ex añte maioris in ꝯſequens minoris. ¶ Sit a ad b maior ꝓportio minoris inequalitatis q̄ c ad d ⁊ ex a in c fiat e ⁊ ex a in d fiat f ⁊ ex b in c fiat g erit tūc per .4.5. ſcd̃i f maius g. Dico igitur q̃ ꝓportio c ad d addit ſupra proportionē a ad b ꝓportionem g ad f. Quia ꝑ .21. ſcd̃i e ad f vt c ad d ⁊ e ad g vt a ad b quare ex terminis e eſt minor g

⁊ etiã eſt minoꝛ f cũ igitur g ꝓbatus ſit minoꝛ f ꝓportio e ad f adequate cõponetur ex ꝓportionib⁹ e ad g ⁊ g ad f quare ꝑ ꝑmam ſuppoſitionem ſcdi ꝓportio e ad f que probata eſt ꝙ̃ c ad d addet ſupra ꝓpoꝛtionem e ad g ꝙ̃ pꝛobata eſt que a ad b proportionem g ad f quod eſt propoſitum.

1.co ¶ Ex preſenti cum adiutorio ꝑme ſuppoſitionis ſecundi cõſtat ꝙ ſi fuerint due proportiones minoris inequalitatis inequales minoꝛ earum erit minoꝛ maioꝛi ꝑ proportionem producti ex ꝯſequẽte maioris in antecedens minoris ad productum ex antecedente maioris in conſequens minoris.

2.co ¶ Ex hys duabus ꝯſtat ꝙ ſi ꝑmi ad ſcdm fuerit maioꝛ ꝓportio maioris inequalitatis ꝙ̃ tertij ad quartum ꝓportio ſcdi ad ꝑmum addet ſupra ꝓportionem quarti ad tertiũ proportionẽ producti ex tertio in ſcdm ad productũ ex quarto in ꝑmũ. Et ꝑ talem erit illa minoꝛ ⁊ ſi ꝑmi ad ſcdm fuerit maioꝛ ꝓportio minoris inequalitatis ꝙ̃ tertij ad quartũ ꝓportio quarti ad tertiũ addet ſupra proportionẽ ſcdi ad pꝛimum ꝓportionem producti ex quarto in pꝛimũ ad productũ ex tertio in ſcdm. ¶ Pꝛimũ pꝫ quia tũc ex terminis ⁊ ex .7. ſcdi tunc quarti ad tertiũ erit maioꝛ pꝛopoꝛtio minoris inequalitatis ꝙ̃ ſecdi ad ꝑmũ. Quo habito ex pñti cũ ꝑcedẽti coꝛrelario pꝫ illud. Scdm patꝫ qꝛ tũc ex terminis ⁊ ex .7. ſcdi quarti ad tertiũ erit maioꝛ ꝓportio maioris inequalitatis ꝙ̃ ſcdi ad ꝑmũ ꝙ̃ habito ex ꝑcedẽti ꝯſtat illud.

3.co ¶ Patet vltra ꝙ ſi aliqua ꝓpoꝛtio ſit maioꝛ aliqua altera proportione eiuſdẽ rõnis cum ipſa per aliquã proportionẽ ꝓportio oppoſito modo ſumpta inter terminos illius minoris erit maioꝛ proportione oppoſito modo ſũpta inter terminos illius maioris ꝑ proportionẽ oppoſito mõ ſumptã iter terminos illius ꝑ quã maioꝛ illarum eſt maioꝛ minoꝛi. Et ſi aliqua addat aliquã ſupra aliquã eiuſdẽ rõnis cum ipſa propoꝛtio oppoſito modo ſũpta inter terminos illius addẽtis addet ſupra propoꝛtionem oppoſito modo ſumptã inter terminos alterius proportionẽ oppoſito modo ſũptã inter terminos illius quam addit. Hec omnia ex hys duabus ⁊ ex precedentibus coꝛrelarijs conſtant in foꝛma.

5 ¶ Si fuerint due proportiones inequales ⁊ añs maioris fuerit maius añte minoris ⁊ ꝯñs ꝯñe proportio añtis maioris ad añs minoris addet ſupra ꝓportionẽ ꝯñtis maioris ad ꝯñs minoris ꝓportionẽ ꝓducti ex añte maioris in ꝯñs mioris ad ꝓductũ ex añte mioris i ꝯñs maioris ⁊ ꝑ illã erit illa maioꝛ ¶ Hoc ideo eſt quia tũc ex terminis ⁊ ex .34. ſcdi añtis maioris ad añs minoris erit maioꝛ ꝓportio maioris inequalitatis ꝙ̃ ꝯñtis maioris ad ꝯñs minoris quo habito ex anteꝑcedenti cõſtat propoſitum.

6 ¶ Si fuerint due ꝓportiones inequales ⁊ añs maioris fuerit minus añte minoris ⁊ ꝯñs ꝯñte ꝓportio ꝯñtis maioris ad ꝯñs minoris addet ſupra proportionẽ añtis maioris ad añs minoris ꝓportionẽ producti ex antecedente minoris in conſequens maioris ad productum ex antecedente maioris in cõſequens minoris ⁊ per talem proportionem erit illa minoꝛ.

¶ Hoc ideo eſt qꝛ tunc ex terminis ⁊ ex .34. ſcdi antecedentis maioris ad antecedens minoris erit maioꝛ propoꝛtio minoris inequalitatis ꝙ̃ conſequentis illius ad ꝯſequens minoris quo habito ex anteprecedenti cum eius coꝛrelarijs conſtat propoſitum.

1.co ¶ Ex hys duabus vltimis cũ adiutorio .13. ꝑmi manifeſte ꝯſtat ꝙ ſi ꝑmi ad ſcdm fuerit maioꝛ propoꝛtio maioris inequalitatis ꝙ̃ tertij ad quartũ ⁊ ꝑmi ad tertiũ fuerit ꝓportio maioris inequalitatis ſimiliter ⁊ ſcdi ad quartũ ꝓportio ꝑmi ad tertium eandẽ ꝓportionem addet ſupra proportionẽ ſcdi ad quartum ſicut ꝓportio ꝑmi ad ſcdm ſupra ꝓportionem tertij ad quartum ⁊ ꝑ eãdẽ erit illa maioꝛ. Et ſi ꝑmi ad ſcdm fuerit minoꝛ ꝓportio minoris inequalitatis ꝙ̃ tertij ad quartũ ⁊ ꝓportio pꝛimi ad tertium fuerit minoris inequalitatis ſimiliter ſcdi ad quartum propoꝛtio ꝑmi ad tertium eandem ꝓportionem addet ſupra proportionem ſecundi ad quartum ſicut propoꝛtio pꝛimi ad ſecundũ addit ſupra proportionem tertij ad quartum ⁊ per eandem erit illa minoꝛ.

2.co ¶ Patet vltra ex hys ꝯcluſionib⁹ ꝙ ſi fuerint due ꝓportiones ineq̃les iter extrema maioris illarũ inueniẽtur illa minoꝛ ꝓportio ſimiliter ⁊ ꝓportio producti ex añte maioris in ꝯñs minoris ad ꝓductũ ex ꝯñte maioris in añs minoris adequate ꝯtinuate Ita vt ꝯtingat tres nũeros dare quoꝝ ꝑmi ad ſecundum ſit vna illarũ duarũ ꝓportionũ ⁊ ſcdi ad tertiũ reliqua ⁊ ꝑmi ad tertiũ ſit maioꝛ ꝑmarũ duarum. Hoc euidẽter ꝯſtat ex tertia huius data eiꝰ ypotheſi eius dempto ꝙ nõ ponatur ꝓportiões illas eſſe maioris inequalitatis ꝯcludetur eodẽ mõ ſicut ꝯcluditur illic in quibuſcũqꝫ ꝙ ꝓportio e ad g eſt que a ad b ⁊ e ad f que c ad d ⁊ f ad g eſt ꝓportio producti ad productũ vñ cõſtat ꝓpoſitum. ¶ Hoc aũt aliqui ſub alijs ꝟbis dicũt vcꝫ ꝙ addit ꝓportio ꝑmi ad ſcdm ſupra proportionem tertij ad quartum eſt ꝓportio que eſt inter productum ex pꝛimo in quartum ⁊ productuꝫ ex ſecundo in tertiũ. Sed pꝛopter dicta in expoſitionibus diffinitionum ſecundi non eodem modo loquimur.

3.co ¶ Patet vltra ꝙ ſi dẽt due ꝓportiones inequales inter extrema ꝓportionis añtis maioris ad añs minoris reperiẽtur ꝓportio ꝯñtis maioris ad ꝯñs mioris ⁊ ꝓportio producti ex añte maioris in ꝯñs minoris ad ꝓductum ex ꝯñte maioris in añs minoris adequate ꝯtinuate ita vt trium numeroꝝ reperibilium ꝑmi ad tertium ſit ꝓportio añtis maioris ad añs minoris. Pꝛimi aũt ad ſcdm ſit vna alia ꝑ ꝓportionum e ſcdi ad tertiũ reliqua. Similiter inter extrema ꝓportionis ꝯñtis minoris ad eius añs inuenientur ꝓportio ꝯñtis maioris ad añs ipſius ſimiliter ⁊ proportio talis ꝓducti ad tale ꝓductum ad ꝯſimilem ſenſũ adequate cõtinuate. ¶ Quia ꝑ .34. ſcdi tunc añtis maioris ad añs minoris erit maioꝛ ꝓportio ꝙ̃ ꝯñtis maioris ad ꝯñs minoris ⁊ ꝑ .7. ſcdi ꝯñtis minoris ad ſuũ añs erit maioꝛ proportio ꝙ̃ ꝯñtis maioris ad ſuũ añs quibus habitis ex ꝑcedenti coꝛrelario cũ adiutorio .13. ꝑmi ꝯſtat ꝓpoſitum. Et hoc aliq ſub his verbis dicunt ſcꝫ. Quo habũdat ꝓportio ꝑmi ad ſcdm ſup ꝓportionẽ tertij ad quartũ eo abundat ꝓportio ꝑmi ad tertiũ ſup ꝓportionẽ ſcdi ad quartũ. Itẽ ꝓportio quarti ad tertium ſup ꝓportionem ſcdi ad ꝑmum. Sed ꝓpter cauſam tactam nõ eo mõ loquimur.

4.co ¶ Ex hys quattuoꝛ ꝯcluſionibus apparet demõſtratiue modus cognoſcẽdi differentiã quarũcũqꝫ

duarũ ꝓportionum eiuſdem rõnis ſequaliũ vnius ad alterã ⁊ ex ꝯſiti apparet ſi fuerint due ꝓportiones eiuſdẽ rationis quarũ vna põt ſubſtrahi ab alia q̃liter ſubſtrahi debeat ⁊ ĩprimis ſi ſint eq̃les nõ eſt in illo difficultas. Et ſi inequales opʒ tunc ꝙ illa a qua ſubſtrahi poteſt addat aliquã eiuſdeʒ rõnis ſupra illã q̃ erit earum differentia inuẽta eſt earum dr̃a ꝑ ꝯcluſiones ꝑcedentes ⁊ illa relicta ⁊ altera illius ꝑte ſemota ꝙ faciliſſime fiet ponendo illas in tribus terminis quorũ idẽ ſit vtriuſqꝫ antecedens aut vtriuſqꝫ ꝯſequens ⁊ ita fiet ſubſtractio illius ab alia.

7. ¶ Quibuſcumqꝫ duabus proportionibus inequalitatis in numeris reperibilibus datis contingit duas ſimiles illis in minus numeris continuare.

¶ Hec nõ ſolum ꝓcedit de ꝯtinuatione ꝓprie ſumpta verum etiã de ꝯtinuatione ꝯmuniter ſumpta. Quibuſcumqꝫ igitur talibꝰ duabꝰ datis capio duas ſimiles illis in ſuis minus numeris quarũ vna ſit a ad b ⁊ alia c ad d ⁊ faciam primã illã quam volo ponẽ ꝑmam in tali ꝯtinuatione ita vt ꝯñs illius ſit añs alterius ⁊ ſit illa a ad b ⁊ inuenio ꝑ quintum correlariũ.33.tertij minimũ numerũ quẽ numerant b ꝯñs ꝑme ⁊ c añs ſcđe qui ſit e quẽ numeret b ꝑ f ⁊ c ꝑ g ⁊ ſit h numerus quẽ a añs ꝑme numeret ꝑ f ⁊ k numerꝰ quẽ numeret d ꝯñs ſcđe ꝑ g tunc ex ꝑmo correlario.21.ſecundi ꝓportio h ad e eſt que a ad b ⁊ e ad k que c ad d ſunt igitur ille ꝯtinuate in hijs terminis h e k ordinatiʒ quarũ ꝓportio a ad b eſt prima. Dico ergo ꝙ illi tres ſunt minimi in q̃bus ille due taliter ꝯtinuari poſſunt. Nã ſi in minoribus ſint illi l minor h m minor e ⁊ n minor k ita vt l ad m ſit q̃ a ad b ⁊ m ad n que c ad d cum igitur ꝑ.24.tertij b nũeret m ⁊ per idẽ c numeret m nõ erit e minimꝰ quẽ numerant b ⁊ c quod eſt contra ypotheſim. Et ſi velis eas alio ordine ꝯtinuare ita vt c ad d fiat ꝑma ſic ꝙ ꝯñs illius fiat añs alterius ꝓportionabiliter ꝓcede capiendo illã ꝓ prima ſicut cepiſti proportionẽ a ad b ꝓ prima.

Co. ¶ Ex demonſtratione ꝑñtis manifeſte ꝯſtat ꝙ quibuſcumqꝫ duabꝰ ꝓportionibus in numeris reperibilibus in tribus mĩmis nũeris ꝯtinuatis medius illorũ trium numerorum qui erit ꝯñs prime talis ꝯtinuationis ⁊ añs ſecunde erit minimus numeratus a ꝯñe minimorũ nũerorum ꝑme illarũ ⁊ ab añe minimorum ſcđe hoc euidẽter ꝯſtat ex ꝓceſſu. ¶ Hic tñ aduerte ꝙ interdũ referret ſic vel ſic proportiones ꝯtinuare qꝛ vno modo ꝯtinuando aliqui termini eſſent minimi in tali ꝯtinuatione ⁊ nõ alio modo ſicut patʒ in hijs .6.4.3.⁊ in hijs .4.3.2. qualitercũqꝫ tñ ꝯiũctur due ſiue vna efficiatur ꝑma ſiue alia ſemꝑ redit eadẽ ꝓportio extremorum talis ꝯtinuationis ꝓut ex equa ꝓportionalitate manifeſtiſſime ꝯcludi poteſt. Et hoc etiã demonſtrabitur.20.huius.

8 ¶ Quibuſcumqꝫ proportionibꝰ inequalitatis in nũeris reperibilibus datis contingint totidem ſimiles illis in minimis numeris qualitercumqꝫ libeat continuare.

¶ Quia quibuſcũqꝫ talibus datis capio illas in ſuis minimis terminis eo ordine quo volo ipſas cõtinuare quarum prima ſit a ad b ⁊ ſcđa c ad d tertia e ad f quarta vero g ad h ⁊ ꝯtinuo ꝑ ꝑcedenteʒ ꝑmas duas in mĩmis nũeris qui ſint k l m ita vt k ad l ſit q̃ a ad b ⁊ l ad m q̃ c ad d ꝯſtat tunc ex correlario precedentis ꝙ l eſt minimus queʒ numerãt b ꝯñs prime ⁊ c añs ſcđe ꝯſtat inſuꝑ ex.24.tertij ꝙ d ꝯñs ſecunde numerat m ſi igitꝰ e añs tertie numeret etiã m ſit n quẽ numeret f ꝑ eundem ꝑ quẽ e numerat m tunc ex primo correlario.21.ſecũdi m ad n erit ea ꝓportio q̃ e ad f ſunt ergo ſimiles ꝓportiones ꝑmis tribꝰ in hijs nũeris ordinatim ꝯtinuate ſcʒ k l m n. Dico igitꝰ ꝙ hĩ ſunt mĩmi in quibus ille ꝑme tres poſſunt taliter ꝯtinuari. Nã ſi fuerint alij ſint illi ordinatim o p q r o minor k/ p minor l q minor m r minor n ꝯſtat tunc ex.24.tertij ꝙ b nũerat p ⁊ ex eadẽ c numerat p ⁊ ꝑ ꝯñs non eſſet l minimus quẽ numerãt b ⁊ c cuius oppoſitũ eſt oñſum. Si aũt e nõ numeret m inuenio minimũ quẽ numerant e ⁊ m qui ſit n ⁊ f numeret o ꝑ eundem ꝑ quẽ e numerat n ⁊ k nũeret p ꝑ eundẽ per quem m numerat n/ ⁊ l numerat q ſecundum eundẽ ſcđm quẽ m numerat n ⁊ k numerat p tũc ꝑ primũ correlariũ ⁊.21.ſcđi pluries ſũptũ ꝓportio p ad q q̃ k ad l quare ⁊ q̃ a ad b ⁊ q ad n q̃ l ad m quare ⁊ que c ad d ⁊ n ad o que e ad f ſunt igitꝰ tres ꝑme ordinatim ꝯtinuate in hijs p q n o quos dico eſſe mĩmos in ꝯtinuatione illaꝝ quia ſi ſint alij minores ſint ordinatim r minor p/ ſ minor q/ t minor n ⁊ v minor o tũc ꝑ.25.tertij k nũerabit r ⁊ l nũerabit ſ ⁊ m nũerabit t ⁊ per.24.eiuſdẽ e nũerrbit t ⁊ ꝑ ꝯñs nõ erit n minimus quẽ numerant m ⁊ e quod eſt ꝯtra ypotheſim patʒ igitꝰ ꝓpoſitum de illis tribus. Et pro quarta ꝯſimiliter ꝓcedatur videndo ſi g añs quarte nũeret o ⁊ ſi ſic dato r quẽ numeret h ꝑ eundẽ numerum ille quattuor erunt ordinatim ꝯtinuate in hijs p q n o r ſinaũt inueniatur minimus quẽ nũerãt g ⁊ o ⁊ ꝓcedatur proportionaliter vt ſtatim ⁊ ita in quotcũqꝫ pluribus. ¶ Et ꝑ iſtam artẽ poteris etiã quocũqꝫ alio ordine illas ꝯtinuare ita vt illam illarũ quam velis facias primã ⁊ aliam quam velis ſcđaʒ ⁊ ita deinceps.

1.co. ¶ Ex ꝑñti conſtat ꝙ quibuſcumqꝫ ꝓportionibus datis ſiue aliqua illarum ſit equalitatis ſiue nõ cõtingit reperire plures nũeros q̃ ille ſint ꝑ vnum ſolũ quorum ꝑmi ad ſcđm erit prima illarũ ꝓportionum ⁊ ſcđi ad tertiũ ſcđa. Et ita deinceps ita ꝙ in illis erũt ꝯtinuate. Hoc eſt eodẽ artificio fieri debet ſicut in ꝑñti oñſum eſt eſſe fiendum vbi nulla earũ eſſet equalitatis verũ eſt tñ ꝙ vbi aliqua illarũ eſſet equalitatis aliqui illorum numerorum repertorum eſſent equales.

2.co ¶ Patet vltra ex hijs qualiter vna ꝓportio ſit alteri addẽda ſimiliter ⁊ qualiter plures ſint ſibi inuicẽ addẽde ſiue loquamur de additione ꝓprie dicta ſiue ꝯmuniter q̃re proportionẽ ꝓportioni ꝓprie addere nõ aliud eſt q̃ illas ꝓprie ꝯtinuare ⁊ ꝓportionẽ ꝓportioni ꝯmuniter addere nõ aliud eſt q̃ illas ꝯmuniter ꝯtinuare. ¶ Hic tñ aduerte ꝙ ſicut dictum eſt in fine ꝑcedentis de duabꝰ ꝓportionibꝰ ꝙ refert ſic vel ſic ꝯtinuare ita vt vno modo ꝯtinuando aliqui ſint mĩmi numeri ⁊ alio ordine ꝯtinuãdo alij erunt minimi ita de pluribus dicetur ⁊ exempla facile reperiri poſſunt.

9 ¶ Quibuſcumqꝫ duobus nũeris quorũ quilibet ex ductu alicuius in aliquẽ ꝓducitur datis cuiuſlibet lateris vniꝰ illorum ad quodlibet latus alterius eſt ea ꝓportio q̃ illius ꝓducti ad aliquem nũerũ cuius ad alterum ꝓductum eſt ea ꝓportio q̃ reliqui lateris eiuſdẽ ad reliquum latus alterius.

¶ Pro hoc ſupponendū eſt ꝙ latus alicuius nūeri dr̄ numerus qui multiplicatus illū ꝓducit. Sit igitur a numerus ꝓductus ex b in e ꝛ d ꝓductus ex e in f. Tunc dico ꝙ cuiuſlibet iſtorum b e ad quē libet illorū e f eſt ea ꝓportio q̄ a ad aliquem numerū cui⁹ ad d eſt ea q̄ reliqui illorum ad reliquū aliorꝫ. Et ſi id velim oſtendere de e reſpectu e ducā aliud latus a vt puta b in illud latus d puta in e ꝛ fiat g quia igitur ex b in e fit a ꝛ ex b in e fit g per .21. ſcdi ꝓportio a ad g eſt que e ad e ꝛ quia ex .13. ꝑmi ex e in b fit g ꝛ ex e in f fit d ꝑ .21. ſcdi g ad d eſt que b ad f eſt igitur a ad g q̄ e lateris a ad e latus d ꝛ g ad d q̄ b reliqui lateris a ad f reliquum latus d. Et ꝯſimiliter omnino de quocūqꝫ latere cuiuſcūqꝫ illorū reſpectu cuiuſcūqꝫ alterius demōſtretur ꝓpoſitum. Et eſto ꝙ idem numer⁹ diceretur latus ſui ipſius adhuc ꝯcluſio haberet verū put ex demōſtratione pn̄tis apparet. ¶ Alij tñ hanc ꝯcluſionē ſub hac forma ponunt. Omniū duorū ꝯpoſitorum ꝓportio q̄ eſt vnius ad alterū eſt ex laterum ſuorum ad latera alterius ꝯpoſita ꝓportionibus. Sed qꝛ non cū ipſi imaginꝰ de ꝯpoſitione ꝓportionū ꝛ etiā clarius ꝛ vniuerſalius ponitur eo mō quo poſita eſt ꝓpterea ſic ipſam poſui.

Co. ¶ Ex pn̄ti apparet ꝙ ſi dētur duo tales numeri ꝓducti ꝛ cuiuſlibꝫ lateris vnius illorū ad quodcūqꝫ latus alterius ꝓportio ſit eiuſdē rōnis cum ꝓportione reliqui lateris ad reliquū latus tunc cuiuſlibet illorū ꝓductorum ad reliquum ꝓportio erit adequate ꝯpoſita ꝛ ꝓportione cuiuſlibet lateris illi⁹ ad vnum lat⁹ alterius quodcūqꝫ fuerit ꝛ ex ꝓportione reliqui lateris ad reliquū latus ymmo ſi vnius lateris vnius ad vnū alterius fuerit ꝓportio eiuſdem rōnis cum ꝓportione reliqui lateris ſui ad reliquum alterius illa ex illis duabus adequate cōponitur. Hec ex demonſtratione preſentis ꝛ ex terminis euidenter conſtant.

10 ¶ Si quotcūqꝫ numeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales in totidem ordinatim continuo proportionales ducantur primum antecedens in primum antecedens ꝛ ſecundum in ſecundum ꝛ ita deinceps vſqꝫ ad vltimum erit primi producti ad ſecundum ea ꝓportio q̄ ſecundi ad tertium ꝛ ita deinceps.

¶ Hanc ꝯcluſionem ponunt aliqui ſub hac forma. Si nūeri ꝯtinuo proportionales in totidē etiam ꝯtinuo ꝓportionales ducātur ꝛ qui inde ꝓuenient ꝯtinuo proportionales erunt ſed ibi ſub alia forma poſita eſt propter duo primo qꝛ interdū producētur numeri equales ſicut ptꝫ captis hīs trib⁹ .2.4.8 ex vna pte ꝛ hīs tribus ex alia .12.6.3. ꝛ forte aliqui dicerēt numeros equales nō eſſe ꝯtinuo proportionales. Sc̄da cauſa eſt qꝛ nō qualitercūqꝫ tales ducerētur in tales cōtingeret illud ptꝫ ſi in predictis ꝑmus triū primorū duceretur in ſcd̄m aliorum ꝛ alij in alios qualitercumqꝫ velis. ¶ Sint igr̄ a b c d ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ꝛ ſint e f g h totidē ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ſiue ſcd̄m eādē ꝓportionē ſiue ſcd̄m aliā ꝛ ex a in e fiet k ꝛ l ex b in f ꝛ m ex e in g ꝛ n ex d in h ꝯſtat tūc ex ꝑcedēti ꝙ k ad aliquē numerū eſt ea ꝓportio que a ad b ꝛ illius ad l que e ad f ſit ergo ille o ꝛ etiam ex ꝑcedēti l ad aliquē eſt que b ad c ꝛ illius ad m que f ad g ſit ergo ille p. Dico igitur ꝙ k ad l eſt que l ad m ꝛ l ad m que m ad n. Nā eſt k ad o eſt que a ad b ꝛ o ad l que e ad f ꝛ l ad p que b ad c ꝛ p ad m q̄ f ad g, ex ypotheſi k ad o vt l ad p ꝛ o ad l vt p ad m ergo ꝑ equam ꝓportionalitatem directā k ad l vt l ad m. Et conſimilit̄ omnino oſtendatur ꝙ l ad m vt m ad n patet igitur propoſitum. Jn quotcumqꝫ pluribus conſimiliter oſtendatur propoſitum.

1.co. ¶ Ex preſenti conſtat ꝙ ſi quotcumqꝫ numerorum ordinatim continuo proportionalium quilibꝫ i ſe ducatur producetur totidem ordinatim continuo proportionales.

2.co ¶ Patꝫ vltra ꝙ ſi quotcumqꝫ nūeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales in totidem ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ducātur primum aſs in vltimum ꝯſs ꝛ ſecundū aſs in penultimū ꝯſs. Et ita deinceps primi ꝓducti ad ſcd̄m erit ea ꝓportio que ſecundi ad tertium ꝛ ita deinceps. ¶ Hoc patꝫ ſumēdo ſecundum ordinem ordine retrogrado quia ex conuerſa proportionalitate etiam illi illo modo erunt ordinatim continuo proportionales. Et tunc ex preſenti conſtat propoſitum.

3.co. ¶ Patet vltra ꝙ ſi quotcumqꝫ nūeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales in totidem ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ſcd̄m ꝓportionem eiuſdem rōnis cum ꝓportione illorum ducantur primum aſs in ꝑmū aſs ꝛ ſcd̄m in ſcd̄m ꝛ ita deinceps producti inde erunt ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ſcd̄m ꝓportionem adequate ꝯpoſitam ex proportionib⁹ illorū. Et ſi nō fuerit eiuſdē rōnis ſaltem ꝓducti erunt ꝯtinuo ꝓportionales ſcd̄m aliquam ꝓportionem inter cuius extremos ꝛ aliquē terminum reperientur proportiones ille adequate continuate. Hoc totum ex demonſtratione huius cum adiutorio correlarij precedentis manifeſtiſſime conſtat.

11. ¶ Numerum aliquem ſic in duas partes adequate diuidere vt que proportio illius ad vnam illarum ea ſit illius ad reliquam eſt impoſſibile.

¶ Nam dato oppoſito ſit a b ita adequate diuiſus in a ꝛ b ptes eius ita ꝙ ipſius ad a ſit ea ꝓportio que a ad b. Tunc ex ꝑma .2. ſicut ipſe eſt maior a ita a eſt maior b ſit ergo b detractus ex a ꝛ e reſiduum ꝛ quia q̄ ꝓportio a b totius ad a totum ea eſt a detracti ad b detractū ꝑ .25. ſcdi b reſidui ad e reſiduum eſt que a b ad a quare ꝛ que a ad b ergo ꝑ ꝑmam ſcdi b erit maior c. Et eodē mō oſtendatur c eſſe maiorē exceſſu b ſupra c ſicut oſſum eſt b eſſe maiorem e exceſſu a ſupra b ꝛ ſic in infinitū deſcendendo habebitur numerū aliquē in infinitum decreſcere quod eſt impoſſibile. ¶ Aliter hoc idē contingit demōſtrare qꝛ dato oppoſito ꝛ diuiſo a b vt ponebatur ſtatim nō poterit tunc a eſſe duplus vel maior q̄ duplus ad b quia alias ꝑ ſcd̄m correlarium .35. quarti a b maior eſſet cōpoſito ex a ꝛ b quod repugnat ypotheſi inuenio ergo ꝑ .31. tertij duos minimos in ꝓportione a ad b qui ſint c ꝛ d ita ꝙ c ad d ſit q̄ a ad b tunc ꝯſtat d non eſſe vnitatē qꝛ alias c eſſet duplus vel maior q̄ duplus ad d ꝛ ex ꝯſn̄ a eſſet duplus vel maior q̄ duplus ad b cuius oppoſitum eſt ꝓbatum nō erit igitur d vnitas ꝛ a fortiori e nō erit vnitas ex quo ꝑ primā .2. c eſt maior d quare ꝑ .23. tertij nō poterit tertius addi in ꝯtinua ꝓportionalitate illis duobus ſcꝫ c ꝛ d quia igr̄ c ad d vt a ad b euerſim coniunctim totius c d ad c vt

totus a b ad a quare ⁊ vt a ad b ⁊ per conſequens vt c ad d ⁊ per conſequens cõpoſitus ex illis duobus poſſet illis in ꝯtinua proportionalitate adiungi cuius oppoſitum eſt probatum.

Co. ¶ Ex pñti ꝯſtat illud qđ cõiter ſolet dici vz ꝙ null⁹ nũer⁹ põt diuidi ſcđm ꝓportionẽ hñtẽ mediũ ⁊ extrema in nũeris ꝙ idẽ eſt dictu ac ſi diceret ꝙ nõ eſt poſſibile ꝙ inter aliquẽ nũerũ ⁊ aliquã eius ꝑtem reſiduã ꝑs ſit medius proportionalis geometrice quod ſatis manifeſte ex preſenti conſtat

12. ¶ Numeroꝝ cõtinuo ꝓportionalium aliquẽ eſſe equalẽ ꝯpoſito ex aliquib⁹ eorumdẽ eſt impoſſibile.

¶ Quia dato oppoſito ſint a b c d e f ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales quoꝝ a ſit maximus ⁊ f minimus ⁊ ſit a ꝯpoſitus ex aliquibus illorũ ꝯſtat tunc ꝙ e nõ eſt duplus vel maior ꝙ̃ duplus ad f qꝛ alias per ſcđm correlariũ.37.quarti a eſſet maior ꝯpoſito ex alijs oĩbus qđ repugnat ypotheſi inuenio ergo ꝑ 9.quarti tot ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales quot ſunt illi oẽs dẽpto a ſcđz talem ꝓportionẽ minores in ipſa qui ſint ordinatim g h k l m quorũ m erit minimus ꝯſtat tunc m eſſe maiorem vnitate qꝛ alias l eſſet duplus vel maior ꝙ̃ duplus ad m ⁊ ꝑ ꝯñs e eſſet duplus vel maior ꝙ̃ duplus ad f cuius oppoſitũ eſt ꝓbatum erit igitur m minimus illoꝝ maior vnitate ⁊ a fortiori quilibet alius illorum quare ꝑ.27. quarti non poterit aliquis addi illis in ꝯtinua ꝓportionalitate ipſorum ſit ergo n compoſitus ex illis iſtorum qui correſpondent illis primorum ex quibus adequate reſultat a erit tunc ꝑ primum correlarium.41.quarti n ad g ea ꝓportio que a ad b quare ⁊ que g ad h ergo ex terminis n poterit hys quiꝙ vltimis addi in ꝯtinua ꝓportionalitate cuius oppoſitum eſt oñſum. In quibuſcũꝙ alijs pluribus aut paucioribus ꝯſimilis eſt demonſtratio omnino ex quo in quibuſcũꝙ talibus minimus dari põt qꝛ ſi detur oppoſitum fiat ille ꝑmus qui ponetur equalis ꝯpoſito ex aliquibus illorum relictis maiorib⁹ ſi fuerint ⁊ captis omnibus ab illo vſꝙ ad minimum conſimiliter omnino procedatur.

Co. ¶ Ex preſenti cõſtat ꝙ nullus numerus poteſt in aliquot partes adequate ita diuidi ꝙ illius ad aliquam earum ſit ea proportio que illius partis ad alteram earum. Et ita deinceps cõtinuo vſꝙ ad vltimam ⁊ ex conſequenti non erit poſſibile ꝙ aliquis in aliquot partes adequate ita diuidatur ꝙ illis omnibus cum illo toto aliquo ordine diſpoſitis ſint ordinatim continuo proportionales. ¶ Quia nullus poterit in infinitas partes diuidi quo habito ſi detur oppoſitum alicuius iſtorum ſtatim ſequitur oppoſitum preſentis in forma.

13. ¶ Quemlibet numerum numeratum ab aliquo diuiſibili adequate in aliquot partes quotcumꝙ fuerint contingit in totidem partes in conſimilibus proportionibus ſe habentibus inter ſe ⁊ ad totũ ſicut partes numerantis ſe habent adequate diuidere.

¶ Circa ſextā diffinitionem eſt aduertendū ꝙ numerū aliquē duobus inequalibus laterībꝰ ſola vnitate diſtātibus ꝯtineri non aliud eſt ꝗ̄ ipſm produci ex ductu duoꝝ nūerorū quorū differentia eſt vnitas vnius in alterū ꝓpterea diffinitio clarius poterit dari ſcđo modo tacto. Tunc diffinitio eſt manifeſta. Ex qua apparet numerū binariū eſſe altera ꝑte longiorem vnitas tamen eſto ꝙ eſſet quadratꝰ aut cubus non eſſet altera parte longior.

¶ Circa ſeptimā diffinitionē eſt aduertendū ꝙ numerū aliquē tribꝰ equis laterībꝰ ꝯtineri non aliud eſt ꝗ̄ ipſm ꝓduci ex multiplicatione triū numerorū eq̄lium vel ex multiplicatione eiuſdē ꝑ ſeipſuꝫ bis ⁊ cū multiplicare nūerū aliquē ꝑ ſeipſum bis ſit idem ꝙ multiplicare idem ꝑ productum ex ipſo in ſe qꝛ eſt ipſum totiens ſibi choacceruare quotiens in tali ꝓducto eſt vnitas vt dictū eſt ⁊ cū productū ex quocūqꝫ numero in ſe ſit ipſiꝰ quadratū ſequitur ꝙ idē erit multiplicare aliquem numeruꝫ ꝑ ſeipſum bis ⁊ multiplicare ipſm ꝑ ſuum quadratū ⁊ cum etiā multiplicare tres nūeros ꝑ ſe non aliud eſt ꝗ̄ aliquem eorū totiēs ſibi choacceruare quotiens in ꝓducto ex aliȷ̈s eſt vnitas ſeqtur ꝙ idem erit multiplicare tres nūeros equales ꝑ ſe ⁊ multiplicare vnū eorum ꝑ productum ex aliȷ̈s ⁊ cum ꝓductum ex duobꝰ illoꝝ ſit quadratum cuiuſcūqꝫ illorum idē erit multiplicare tres numeros equales ꝑ ſe ⁊ vnuꝫ eorū multiplicare ꝑ ſuum q̄dratum ⁊ ꝑ ꝯñs idem erit numerū aliquē tribus equis laterībꝰ ꝯtineri ipſum ꝓduci ex ductu alicuius nūeri in q̄dratum ſuū quare numerꝰ cubus poterit clariꝰ diffiniri ſcđo modo tacto in prima tn̄ diffinitione addit̄ ly tribus qꝛ alias diffinitio illa ꝯueniret numero .100. ymo ⁊ cuilibet quadrato. Euclides tn̄ nō ponit illā ꝑticulā in diffinitione nec Iordanus ſꝫ opꝫ illā ſubintelligere. Eſt vltra aduertēdum ꝙ q̄uis in quolibet nūero cubo diuerſimode reperiātur latera tn̄ latus cubi ſolet nūerus ille vocari ex cuiꝰ ductu in ſuum quadratū talis cubꝰ producitur ⁊ vbi in ꝯcluſionibus q̄ in hȷ̈s materȷ̈s ſolent poni ſit ſermo de latere cubi de tali latere ꝓcedūt. Eſt vltra aduertendum ꝙ licet idē numerꝰ ſit cubus ⁊ quadratꝰ ſicut patꝫ de numero .64. ⁊ de multis aliȷ̈s impoſterum apparebit tn̄ non eſt poſſibile ꝙ idem ſit latus talis ſecundū ꝙ eſt cubꝰ ⁊ ſcđm ꝙ eſt quadratus. Hoc eſt ſatis manifeſtū. Et ex hȷ̈s patꝫ ꝙ aliquis eſt numerꝰ ſollidꝰ ⁊ ſuꝑficialis qui nec eſt quadratus nec cubus nec altera parte longior patꝫ de numero .28 ⁊ de multis aliȷ̈s.

¶ Circa vltimā diffinitionē eſt aduertendū ꝑmo ꝙ datis duobus nūeris quoꝝ quilibet eſt ſollidus ſimiliter ⁊ quilibet ſuꝑficialis aliud requiritur ad hoc ꝙ eſſēt ſimiles ſuꝑficiales ⁊ aliud ad hoc ꝙ eſſent ſimiles ſollidi ad hoc em̄ ꝙ ſint ſimiles ſuꝑficiales requiritur ꝙ latera ipſorū ſcđm ꝙ ſūt ſuꝑficiales ſint ꝓportionalia ita ꝙ datis duobꝰ lateribus vniꝰ ex quoꝝ vno in alterum ꝓducitur ꝯtingat dare duo latera alterius ex quorū multiplicatione etiā ꝓducatur in ſimili ꝓportione ſe habētia ſicut alia ſe hñt ⁊ ex ꝯñti ꝑmutatī ꝙ q̄ ꝓportio añtis alioꝝ ad añs illoꝝ ea ſit ꝯñtiſ ad ꝯñs. Et iñ eſt ꝙ nūerus octonarius ⁊ nūerus .27. nō ſunt ſimiles ſuꝑficiales nec octonarius cū duodenario ſed octonarius eſt ſimilis ſuꝑficialis cū numero .18. illud ergo importat ly nūeri ſimiles ſuꝑficiales. Ad hoc aūt ꝙ aliqui ſint ſimiles ſollidi requirit̄ ꝙ ipſorum latera ſcđm ꝙ ſollidi ſunt ꝓportionalia. Ita ꝙ captis tribus laterībꝰ ex quorum multiplicatione vnus illorū ꝓducitur ꝯtingat dare tria latera in alio ex quorum etiā multiplicatione ꝓducatur ⁊ ꝙ qualis eſt ꝓportio ꝑmi aliorū ad ſcđm talis ſit primi iſtorum ad ſcđm ipſis aliquo modo ordinatis ⁊ qualis ſcđi ad tertium talis ſit ſcđi ad tertium in hȷ̈s ⁊ ex ꝯñti ꝑmutatim ꝑmi illorum ad ꝑmum iſtorū q̄ ſcđi ad ſcđm ⁊ que tertȷ̈ ad tertiū. Eſt vltra aduertendū ꝙ ad hoc ꝙ aliqui ſint ſimiles ſuꝑficiales non opꝫ ꝙ quibuſcūqꝫ duobꝰ lateribus vnius illoruꝫ datis ex quorū multiplicatione ꝓducitur ꝙ ꝯtingat dare duo latera ex quibus alius ꝓducitur in ſimili ꝓportione ſe hñtia ſicut illa numerus em̄ .12. eſt ſimilis ſuꝑficialis cum numēro .27. qꝛ .9. ad .3. duoruꝫ laterum ex q̄bus .27. ꝓducitur eſt eadem ꝓportio que .6. ad .2. duorū laterum ex q̄bus .12. producit̄ tn̄ .4. ⁊ .3. ſunt duo latera ex q̄bus ꝓducitur ⁊ non ꝯtingit dare duo latera ex q̄bus alius ꝓducitur in tali proportione ſe hñtia ymo tenēdo quēlibet numerū eſſe latus ſuiipſius ⁊ vnitatē eſſe latus cuiuſlibet nulli duo nūeri eſſent ſimiles ſuꝑficiales illo mō dicēdo niſi eſſent eq̄les qꝛ opteret ꝙ cuiuſlibet illorum ad vnitatē eſſet ea ꝓportio que alterius ad vnitatē ſatis eſt ergo ad hoc vt ſint ſimiles ſu

perficiales ꝙ aliqua duo latera vnius ex quibus ꝓducitur cū aliquibus alteriꝰ ex quibꝰ producitur ſint ꝓportionalia. Et ex hoc apparet manifeſte ꝙ quicū̄qȝ duo quadrati ſunt ſimiles ſupficiales. Et ꝓportionabiliter de ſollidis dicendū eſt. Ad hoc em̄ vt aliqui ſint ſimiles ſollidi nō requiritur ꝙ q̄cū̄qȝ tria latera vnius illorū ex quibus ꝓducitur cū tribus alterius ex quibꝰ ꝓducit̄ ſint taliter proportionalia qꝛ tunc numerꝰ. 64. nō eſſet ſimilis ſollidus cū numero. 27. qꝛ binarius ⁊ quaternariꝰ ⁊ octonarius ſunt tria latera numeri. 64. ex quibus ꝓducitur ex quo bis quater. 8. ſunt. 64. tn̄ nō ꝯtingit reperire tria in ſimili proportione ſe hn̄tia ex q̄bus producat̄ nūerus. 27. ymo tenēdo illud quod ſtatim tāgebatur nulli duo iequales eſſēt ſimiles ſollidi ſatis eſt ergo ad hoc ꝙ aliqui ſint ſimiles ſollidi ꝙ aliqua tria latera vniꝰ illorū ex q̄bus producitur ad ſēſum ſuperius tactū cum aliquibus tribꝰ alterius ex quibus producit̄ aliꝰ ſint proportionalia mō declarata. Unde manifeſte ꝯſtat ꝙ quicūqȝ duo cubi ſunt ſimiles ſollidi. ¶ Ex hijs apparet p̄mo ꝙ aliqui duo nūeri quorū quilibet eſt ſupficialis ſimiliter ⁊ ſollidꝰ ſunt ſimiles ſupficiales qui nō ſunt ſimiles ſollidi ꝑ3 ꝑe numero. 12. ⁊ de nūero 27. ꝑ3 ſcd̄o ꝙ aliqui nūeri quoꝝ quilibet eſt ſupficialis ſimiliter ⁊ ſollidus ſunt ſimiles ſollidi qui nō ſunt ſimiles ſupficiales ꝑ3 de numero. 27. ⁊ de numero octonario. ꝑ3 tertio ꝙ aliqui ſunt duo numeri quorum quilibet eſt ſuperficialis ſimiliter ⁊ ſollidus qui neqȝ ſunt ſimiles ſollidi neqȝ ſimiles ſuperficiales patet de numero octonario ⁊ de numero nouenario.

¶ Sed circa p̄dicta eſt aduertendū ꝙ loquendo de numero ſupficiali taliter ꝙ ad aliquē eſſe ſupficialem req̄ratur ꝙ habeat duo latera quorum quodlibȝ ſit maius vnitate ⁊ proportionabilit̄ de ſollido ita ꝙ ad ſollidum req̄ratur ꝙ habeat tria quoꝝ q̄libet ſit maius vnitate ⁊ ꝓportionabiliter loquendo de quadrato ⁊ cubo ⁊ de altera ꝑte longiore vel ſaltem loquēdo de illis qui taliter ſe hn̄t hec om̄ia eſſent vera ſeȝ ꝙ quilibȝ quadratꝰ pōt deſcribi ꝑ ſuas vnitates in modū ſupficiei quadrate taliter ꝙ duo latera p̄ciſe vnū in longitudine ⁊ alterum in latitudine equalia reperiētur. Et ad hoc faciendum diſponatur latus eius in longū ad modum linee ⁊ numerꝰ equalis ei in latū etiā qui cōiceēt cum illo in vna vnitate ⁊ a qualibet alia vnitate ab illa ꝯmuni p̄me linee ꝯpleatur linea in latum ad equalitatem alterius ⁊ a qualibet alia alterius ab illa ꝯmuni ꝯpleatur linea ad equalitatem illius reſultabit tūc numerus ille quadratus deſcriptꝰ vt ꝓpoſitum eſt ⁊ quilibȝ ſupficialis poſſet deſcribi ꝑ ſuas vnitates in modum ſupficiei quadrangularis ita ꝙ tn̄ duo latera inuenirētur. Et ſi eſſet quadratꝰ ſolū nō poſſet deſcribi in modum ſupficiei quadrāgularis niſi illa eſſet quadrata ſicut ꝑ3 de quadrato ternarij ⁊ binarij ⁊ quinarij. Ibi nō facio mentionē de deſcriptione ipſoꝝ ſcd̄m ꝙ numeri lineales. Si aūt talis quadratus habeat duo latera inequalia poterit deſcribi ⁊ in modū ſupficiei quadrate vt oſ̄ſum ē ⁊ in modum ſupficiei quadrāgularis nō q̄drate hoc ꝑ3 diſponēdo p̄mo illa duo latera inequalia vnū in longū ⁊ vnū in latum ꝯplendo poſtea lineas vt ſtatim oſ̄debatur. Exemplū ꝑ3 de numero. 16. poterit em̄ deſcribi in modū ſupficiei quadrāgularis non quadrate cuiꝰ vnum latꝰ erit. 8. et aliud. 2. ⁊ ſi talis ſupficialis nō fuerit quadratus poterit deſcribi in modū ſupficiei quadrangularis nō tn̄ in modum ſupficiei quadrate taliter ꝙ duo p̄ciſe habeat latera. Et ꝓpterea numerꝰ altera ꝑte longior pōt deſcribi in modum ſupficiei quadrāgularis nō quadrate ⁊ nō in modum ſupficiei quadrate qꝛ nō pōt eſſe quadratus vt inferius apparebit poterit tn̄ deſcribi in modum ſupficiei quadrāgularis taliter ꝙ vnū latꝰ ſola vnitate erit maius altero ⁊ ſi haberet duo alia latera p̄ter q̄ȝ illa que ſola vnitate diſtāt poſſet deſcribi in modum ſupficiei quadrangularis cuiꝰ latera magiſ q̄ȝ ſola vnitate diſtarent ſed quilibȝ numerꝰ cubus pōt ꝑ ſuas vnitates deſcribi in modū corporis quadrati. Et ad hoc faciendum cape quadratū lateris ſui ⁊ ip̄m deſcribe ꝑ ſuas vnitates ꝑ modū ſupficiei quadrate ſicut oſ̄ſum eſt et ſupra quālibet taliū vnitatū pone tot vnitates quo ad habeas illic numerū lateris illius cubi quo facto habebis illum cubū deſcriptum in modū corporis q̄drati taliter ꝙ eſſent tria latera equalia vnum in longū ⁊ alterum in latū ⁊ alterū in profundum ⁊ ſi cū hoc talis cubꝰ fuerit q̄dratus poterit etiā deſcribi in modū ſupficiei q̄drate ⁊ ſi habeat duo latera inequalia etiā in modū ſupficiei quadrāgularis non q̄drate. Et ſi talis cubꝰ reſpectu trium laterum q̄ non ſunt omnia equalia diceretur ſollidꝰ poſſet etiā deſcribi in modū corporis quadrāgularis non q̄drati ꝑ ſuas vnitates ꝓportionabiliter ſicut oſ̄debatur ſtatim de ſollido q̄ non eſt cubꝰ ſed quicū̄qȝ numerus ſollidꝰ q̄ non eſt cubꝰ ſaltem tenendo nullum eſſe ſollidū niſi ex tribus lateribꝰ quorum q̄libet eſt maior vnitate reſultet poterit deſcribi in modū corporis quadrāgularis ſed nō in modum q̄drati cuius tria latera ſint equalia. Et ad hoc faciendum capiat̄ ꝓductus ex duobus lateribꝰ q̄ deſcribatur in modū ſupficiei quadrāgularis qualitercū̄qȝ poſſit deſcribi ⁊ ſuper quālibet vnitatē ponātur tot vnitates donec illic habeat̄ numerus alterius lateris tunc ꝯſtabit ꝓpoſitum ⁊ poterunt interdū in tali deſcriptione duo latera eſſe equalia ⁊ tertiū illis inequale ⁊ interdū poterūt tria latera eſſe inequalia vt puta ſi trium laterū eius quecū̄qȝ duo eſſent inequalia nec inꝯueniet ꝙ aliquis ſollidus duobꝰ aut tribꝰ diuerſis modis poſſit deſcribi in modum corporis quadrāgularis ſimiliter ⁊ in modū ſupficiei quadrāgularis ſcd̄m ꝙ diuerſa latera ī eo ꝙ ſollidus hȝ ſimiliter in eo ꝙ ſupficialis ex quibus apparet ꝙ nullus altera ꝑte longior poterit deſcribi in modū corporis quadrati ita ꝙ tria latera habeat equalia poterit tn̄ aliquis bn̄ deſcribi in modum corporis quadrāgularis ita vt habeat tria latera vnum in longū ⁊ alterum in latū ⁊ alterū in ꝓfundum quorū duo ſint equalia ſicut ꝑ3 de numero. 12. Et poterit aliquod taliter deſcribi ꝙ oīa tria latera ſint inequalia ꝑ3 de nūero. 30. hȝ em̄ tria latera inequalia in eo ꝙ ſollidus vt puta. 2. 3. 5. ſecū̄dum igitur exigentiā laterū que numerꝰ hȝ in eo ſuperficialis aut in eo ꝙ ſollidus ita deſcribi poteſt practica omnium iſtorum facilis eſt.

¶ Libri ſexti propoſitiones.

1 OMnis numerus compoſitus eſt ſuperficialis. Et omnis ſuperficialis eſt compoſitus.

¶ Hec ⁊ tres alie ſequentes nō egerēt probatione tenēdo quēlibet numerū eſſe ſupficialem ſimiliter ⁊ ſollidum ſed tenēdo oppoſitū demōſtratione egēt ideo in earū demonſtrationibus procedā ſcd̄m expoſitiones diffinitionū q̄ debent dari oppoſito mō procedēdo vt tactū fuit. ¶ Primū igitur ptꝫ ſit a nūerus ꝯpoſitus ⁊ b ps aliquota a ꝑter vnitatē q̄ numeret a ſcd̄m e tunc e erit maior vnitate q2 alias b eſſet equalis a. Dico ergo q̄ a eſt ſupficialis. Quia ex ypotheſi ⁊ ex terminis a fit ex b maiori vnitate in e q̄ probat⁹ eſt maior vnitate vnde ꝯſtat primum. ¶ Scd̄m ptꝫ q2 dato oppoſito ſit a nūer⁹ ꝓmus q̄ ſit ſupficialis ille ex terminis fiet ex nūero maiori vnitate q̄ ſit b in maiorem vnitate qui ſit c tunc ex terminis b numerat a ꝑ c ergo ꝑ quartum correlarium .23. primi c eſt ps aliquota a quod repugnat ypotheſi.

Co. ¶ Ex pn̄ti ꝯſtat q̄ q̄libet ſupficialis eſt maior vnitate ⁊ ab aliq̄ maiori vnitate ⁊ minori ipſo nūerat.

2 ¶ Si aliquis numerus maior vnitate in ſuperficialem ducatur producetur ſollidus. Et ſi aliquis ſit ſollidus ille ex maiori vnitate in ſuperficialem producitur.

¶ Primum ptꝫ ſit a product⁹ ex b maiori vnitate in c ſupficialem. Tūc dico q̄ a eſt ſollidus. Q2 ex terminis c fiet ex maiori vnitate in maiorē vnitate ergo a fiet ex b maiori vnitate in productū ex maiori vnitate in maiorem vnitate vn̄ ex terminis ꝯſtat primum. ¶ Scd̄m patꝫ ſit a ſollidus quē dico fieri ex maiori vnitate in ſupficialem q2 ex terminis a fit ex maiori vnitate qui ſit b in productum ex maiori vnitate in maiorem vnitate qui ſit c conſtat tunc ex terminis c eſſe ſuperficialem ergo a fit ex maiori vnitate in ſuperficialem quod eſt propoſitum.

Co. ¶ Ex pn̄ti conſtat q̄ q̄libet numer⁹ ſollidus eſt ſuperficialis ⁊ cōpoſitus ⁊ maior vnitate. ¶ Q2 ex pn̄ti quilibꝫ ſollidus fit ex maiori vnitate in ſupficialem cū igitur ex correlario ꝓcedētis quilibꝫ ſupficialis ſit maior vnitate quilibꝫ ſollid⁹ fiet ex maiori vnitate in maiorem vnitate quare ex terminis quilibet talis eſt ſuperficialis ⁊ ex conſequenti per precedentē ⁊ ei⁹ correlariū quilibet talis eſt cōpoſitus et maior vnitate quod eſt propoſitum.

3 ¶ Omnis numerus ſollidus ab aliquo ſuperficiali minori ipſo numeratur. Et quilibet numeratus a ſuperficiali minori ipſo eſt ſollidus.

¶ Primum ptꝫ ſit a numer⁹ ſollidus qui ꝑ ꝓcedentem ſit ex aliquo maiori vnitate in ſupficialem. Dico ergo q̄ a nūeratur a ſupficiali minori ipſo. Sit enī b maior vnitate ex quo in c ſupficialem fiat a tūc ex terminis b nūerat a per c ergo ꝑ tertium correlariū .23. ꝓmi c ſupficialis eſt ps aliquota a ergo ex terminis c eſt minor a ⁊ nūerat a vn̄ ꝯſtat ꝓmum. ¶ Scd̄m ptꝫ ſit a ſupficialis numerās b maiorem a per c. Tunc dico b eſſe ſollidum. Q2 c eſt maior vnitate nam alias a eſſet equalis b cum igitur ex ꝓmo correlario .13. primi c numeret b per a ex terminis b fiet ex c maiori vnitate in a ſuperficialem ergo per precedentem c eſt ſollidus.

4 ¶ Omnis numerus numeratus a tribus numeris quorum quilibet eſt maior vnitate ⁊ minor ipſo et quilibet cuilibet alteri illorum eſt inequalis eſt ſollidus.

¶ Hec ab aliquibus ſic ſolet poni. Omnis nūerus a tribus nūeris numeratus eſt ſollid⁹ ⁊ ſic poſita verū haberet tenēdo quēlibet numerū eſſe ſollidum ⁊ ſupficialem non tn̄ ꝓcedendo vt ꝓcedimus. Sint igitur a b c tres nūeri quorū quilibet cuilibꝫ alteri illoꝝ ſit inequales ⁊ quilibet ſit maior vnitate ⁊ q̄libet etiā ſit minor d ⁊ q̄libet numeret d a ſcd̄m e ⁊ b ſcd̄m f ⁊ c ſcd̄m g ꝯſtat tunc e eſſe maiorem vnitate nā alias a eſſet equalis d ⁊ ꝑ idem f eſt maior vnitate ⁊ etiā g ⁊ ex quarto correlario .23. primi quilibet illorū e f g erit ps aliquota d. Dico igitur q̄ d eſt numer⁹ ſollid⁹. Quia vel aliquis illorum ſcꝫ a b c eſt ꝯpoſitus vel quilibet ꝓmus ſi ꝓmum ſit ille a ille ꝑ primā huius erit ſupficialis cuꝫ igitur ex ypotheſi numeret d ⁊ ſit minor d ꝑ ꝓcedentem d eſt ſollidus. Si aūt quilibet illorum ſit primus cū a numeret d ꝓductum ex b in f ꝑ .6. tertij a numerat b aut f. Si igitur a numeret b cū ſit inequalis ipſi b erit minor b ergo ex .12. petitione a eſt ps aliquota b ⁊ ꝑ ꝯn̄s b non eſt ꝓmus quod eſt ꝯtra ypotheſim. Si aūt a numeret f erit a minor f vel illi equalis. Si minor ꝑ .12. petitionē eſt ps aliquota f ⁊ per ꝯn̄s f eſt ꝯpoſitus ergo ꝑ ꝓmā huius ſupficialis cum igitur f ꝓbatus ſit ps aliquota d erit ex terminis minor d ⁊ nūerabit d ergo ex ꝓcedenti d erit ſollidus. Si aūt a ſit equalis f tūc ex b in a fiet d quēadmodum ⁊ ex b in f ergo ꝑ .6. tertij c numerus ꝓmus numerās d ꝓductum ex b in a numerat b aut a ⁊ cum cuilibꝫ illorum ſit inequalis erit minor illo illorū quē numerat ergo ꝑ .12. petitionem erit ps aliqua illius illorum quem numerat ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō quilibet illorum a b erit primus quod repugnat ypotheſi.

¶ Hic tn̄ aduerte q̄ adhuc ꝓcedēdo vt procedimus ad numerū ſollidū nō requiretur q̄ ille numeraretur a trib⁹ quorum q̄libet eſſet minor ipo ⁊ maior vnitate ⁊ q̄libet illoꝝ trium cuilibet alteri eorundem inequalis. Hoc ptꝫ de numero .8. nec hoc mō procedendo ſufficeret q̄ nūeraretur a tribus quorum non quilibet cuilibet alteri ipſorum eſt equalis ſed quilibet eſt maior vnitate ⁊ minor ipſo vt ptꝫ de ſenario reſpectu duorum binariorum ⁊ vnius ternarij.

5 ¶ Si tres numeri ordinatim continuo ꝓportionales fuerint in ſua proportione minimi duo extremi ipſorum erunt quadrati. Et ſi quattuor ordinatim continuo proportionales fuerint in ſua proportiōe minimi duo extremi ipſorum erunt cubi.

¶ Hoc ideo eſt, q2 ꝑ quartum correlariū .9. quarti, quilibꝫ duorū extremorū taliū trium, ſit ex aliquo duorum minimorum ꝓportionis, ſcd̄m quā ſunt ꝯtinuo ꝓportionales, in ſe ducto, ⁊ quilibet duorū extremorum taliū quattuor, ex aliquo illoꝝ duorum minimorū in productuꝫ ex ipſomet in ſe ducto, vt puta in ſuū quadratū. vn̄ ex terminis ꝯſtat vtraqꝫ ps pn̄tis. ¶ Hic tn̄ aduerte, q̄ hec ſupponit vnitatē eſſe

numerũ quadratũ ⁊ cubicum. q̄ ſi nõ teneretur, nulla ps pñtis haberet verum. ſed oporteret intelligere ipſam, dummõ quilibet talium triũ, ſimiliter ⁊ qlibet taliũ quatuor, eſſet maior vnitate. ſed cũ cõiter loquẽtibus in ſequẽtibus ita ꝓcedimus, vt vnitas numerus quadratus, ſimiliter ⁊ cubicus, dicatur.

6 ¶ Inter quoſcumq; duos quadratos medium vnum proportionale ſecundum proportionem laterũ ipſorum, quod ex latere vnius in latus alterius producitur, cadere neceſſe eſt.

¶ Sit a quadratum, ⁊ b eius latus. ⁊ c aliud quadratũ, ⁊ d eius lat᷒. ⁊ ex b in d fiat e. Dico igit̃, q̄ inter a ⁊ c cadit e medius ꝓportionalis geometrice ſcdm proportionẽ b ad d. quia eñ a fit ex b in ſe, ⁊ e ex b in d, ⁊ c ex d in ſe. per. 21. ſcdi proportio a ad e, eſt que b ad d. ⁊ p̄ eãdẽ e ad c q̄ b ad d. erit ergo ex terminis e medi᷒ ꝓportionalis geometrice inter a ⁊ c ſcdm ꝓportionem b ad d. quod eſt propoſitum.

Co. ¶ Ex pñti ꝯſtat, q̄ nulla poteſt eſſe ꝓportio quadrati ad quadratum, quin medietas illi᷒ in nũeris reperiatur. ¶ Quia quacũq; tali data, ꝓportio medij ꝓportionalis inter illos quadratos ad ꝯñs illi᷒ erit illi᷒ medietas. qr illa tota adeq̃te ꝯponet̃ ex illa ⁊ ex ꝓportione añtis illi᷒ ad illũ mediũ illi equali.

7. ¶ Cuiuſlibet quadrati maioris ad quẽlibet quadratũ minorem ipſo eſt dupla ꝓportio ad ꝓportionẽ lateris ipſius ad latus minoris. Cuiuſlibet aũt quadrati minoris ad quẽlibet quadratuz maiorẽ ipſo ſubdupla ad proportionem lateris ipſius ad latus maioris.

¶ Primum pz ſint a quadratũ maius ⁊ b minus ⁊ c latus a ⁊ d latus b. Dico ergo q̄ ꝓportio a ad b eſt dupla ad ꝓportionem c ad d. Quia p̄ p̄cedentem inter a b mediat vnus ꝓportionalis geometrice ſcdm ꝓportionem c ad d qui ſit e erũt tunc a e b ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ſcdm ꝓportionem c ad d quorum a erit maximus ⁊ b minimus quare per. 27. diffinitionem ſcdi ꝓportio a ad b eſt dupla ad proportionẽ a ad e ergo erit etiã dupla ad ꝓportionem c ad d quod eſt primum. ¶ Secundum eodem ſimiliter apparet ex precedenti ⁊ ex. 27. diffinitione ſecundi.

8. ¶ Si numeri quadrati fuerint ordinatim cõtinuo proportionales erunt ⁊ latera ipſorum continuo ꝓportionalia. Et ſi latera quadratorum fuerit ordinatim continuo proportionalia erunt ⁊ quadrati illorum laterum ordinatim continuo proportionales.

¶ Primũ pz ſint a b c d numeri quadrati ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ⁊ e latus a ⁊ f latus b ⁊ g latus c ⁊ h latus d. Dico igitur q̄ e f g h ſunt ordinatim ꝯtinuo ꝓportionalia. Nã ſi a ſit maius b per primã ſcdi b eſt maius c ⁊ c maius d quare p̄ p̄cedentem ꝓportio a ad b erit dupla ad ꝓportionem e ad f ⁊ ꝓportio b ad c dupla ad ꝓportionẽ f ad g ⁊ ꝓportio c ad d ad proportionẽ g ad h cum igitur ex ypotheſi proportiões a ad b ⁊ b ad c ⁊ c ad d ſint equales p̄. 27. ſuppoſitionẽ ſcdi proportiones e ad f ⁊ f ad g ⁊ g ad h erũt equales. Si aũt a ſit minor b p̄ p̄mã. 2. ⁊ b eſt minor c ⁊ c minor d ergo p̄ p̄cedẽtem ꝓportio a ad b eſt ſubdupla ad ꝓportionem e ad f ⁊ ꝓportio b ad c ad proportionẽ f ad g ⁊ c ad d ad ꝓportionẽ g ad h quare p̄ eãdẽ ſuppoſitionẽ ſcdi ꝓportiones e ad f ⁊ f ad g ⁊ g ad h ſũt equales vñ ex terminis ꝯſtat primũ. ¶ Scdm pz ſint a latus e quadrati ⁊ b latus f ⁊ c latus g ⁊ d latus h ordinatim ꝯtinuo ꝓportionalia. Tũc dico e f g h quadratos eſſe ꝯtinuo ꝓportionales. Quia ſi a ſit maius b p̄ p̄mã ſcdi b eſt maius c ⁊ c maius d ⁊ per. 11. petitionem e eſt maius f ⁊ f maius g ⁊ g maius h quare p̄ p̄cedentem ꝓportio e ad f eſt dupla ad proportionẽ a ad b ⁊ f ad g ad proportionẽ b ad c ⁊ g ad h ad ꝓportionem c ad d. Et ſi a ſit minor b p̄ primã ſcdi b eſt minus c ⁊ c min᷒ d ⁊ p̄. 11. petitionẽ e erit min᷒ f ⁊ f min᷒ g ⁊ g min᷒ h & p̄ p̄cedẽtẽ ꝓportio e ad f eſt ſubdupla ad ꝓportionẽ a ad b ⁊ f ad g ad ꝓportionez b ad c ⁊ g ad h ad ꝓportionẽ c ad d cũ igitur ex ypotheſi ꝓportiones a ad b ⁊ b ad c ⁊ c ad d ſint equales per. 27. ſuppoſitiõe ſecundi proportiones e ad f ⁊ f ad g ⁊ g ad h ſunt equales vñ ex terminis conſtat ſecundum. In quotcumq; paucioribus aut pluribus conſimilis eſt demõſtratio.

Co. ¶ Ex pñti cum adiutorio p̄cedentis euidẽter ꝯſtat ſi aliqui quadrati fuerint ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ſcdm ꝓportionem maioris inequalitatis erunt latera ipſorũ ordinatim ꝯtinuo ꝓportionalia ſcdm ꝓportionem ſubduplam ad illã. Et ſi ſcdm ꝓportionem minoris inequalitatis ſecunduz duplã. Et ſi latera quadratorum fuerint ordinatim ꝯtinuo proportionalia ſcdm ꝓportionem maioris inequalitatis erunt quadrati ipſorum ordinatim continuo proportionales ſecundum proportionem duplam ad illam. Et ſi ſecundum proportionem minoris inequalitatis ſecundum ſubduplam.

9. ¶ Si quadrati fuerint diſcõtinuo ꝓportionales erunt ⁊ latera ipſorũ diſcõtinuo ꝓportionalia. Et ſi latera fuerint diſcõtinuo ꝓportionalia erunt quadrati illorum diſcontinuo proportionales.

¶ Sit a quadratus e ⁊ b quadratus f ⁊ c quadratus g ⁊ d quadratus h ⁊ ſint primo a b c d diſcontinuo ꝓportionales ita q̄ a ad b ſit ea ꝓportio que c ad d ſed b ad c nõ ſit q̄ a ad b. Tunc dico q̄ e f g h ſunt diſcontinuo ꝓportionalia ita q̄ e ad f eſt ea ꝓportio q̄ g ad h ſz e ad f non ſit q̄ f ad g q̄ eñ e ad f ſit q̄ g ad h ꝯcludatur ꝓportionabiliter ſicut p̄ma ps p̄cedentis ſed q̄ e ad f nõ ſit que f ad g patet qr dato oppoſito e f g h eſſent ordinatim ꝯtinuo ꝓportionalia quare p̄ p̄cedentem a b c d eſſent ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales quod repugnat ypotheſi. Sint ſcdo e f g h diſcõtinuo ꝓportionalia ita vt ꝓportio e ad f ſit q̄ g ad h ſz e ad f nõ ſit que f ad g. Tũc dico q̄ a b c d ſũt diſcõtinuo ꝓportionales ita q̄ a ad b ſit q̄ c ad d ſz a ad b nõ eſt q̄ b ad c. Q; eñ a ad b ſit q̄ c ad d ꝓportionabilit̃ ſicut ſcda ps p̄cedẽtis. Sz q̄ a ad b non ſit que b ad c pz quia dato oppoſito eſſent a b c d ordinatim cõtinuo proportio-
10 nales quare ex precedenti e f g h eſſent ordinatim cõtinuo proportionalia quod repugnat ypotheſi.

¶ Inter q̄ſcũq; duos cubos duo media ꝓportionalia ſcdz ꝓportionẽ laterũ ipſoꝝ cadere neceſſe ẽ.

¶ Sint a ⁊ b duo cubi ⁊ c latus a ⁊ d latus b. Tunc dico q̄ inter a ⁊ b cadunt duo medij ꝓportionales ſcdm ꝓportionem c ad d. Sint eñ e quadratum c ⁊ f quadratũ d tunc per. 6. huius nũerus qui fit ex c in d q̄ ſit g eſt medi᷒ ꝓportionalis inter e ⁊ f ſcdm ꝓportionem c ad d ⁊ duco c in g ⁊ fiat h ⁊ d in g ⁊ fiat k quia igitur ex terminis ex c in e fit a ⁊ ex c in g fit h p̄. 21. ſcdi ꝓportio a ad h eſt q̄ e ad g quare ⁊ que c ad d ⁊ qr ex d in idem g fit k p̄ eãdẽ ſcdi h ad k eſt que c ad d ⁊ quia ex terminis ex d in f fit

b ꝑ eandē k ad b eſt que g ad f quare ⁊ que c ad d cadent igitur inter a ⁊ b duo medij ꝓportiōes ſcꝫ h
⁊ k ſecundum proportionem c ad d patet igitur propoſitum.
¶ Ex p̄nti ꝯſtat ꝙ nulla poteſt eſſe ꝓportio cubi ad cubū quin tertia ꝑs illi⁹ in numeris repiri poſſit
Co. ¶ Ac q̄libꝫ talis adequate ꝯponitur ex trib⁹ ꝓportionib⁹ nō ꝯmunicātib⁹ quaꝝ q̄libꝫ eſt equalis ꝓ
portioni añtis illius ad p̄mum illoꝝ duoꝝ medioꝝ ꝓportionaliū repꝛtoꝛum inter illos duos cubos.
11 ¶ Cuiuſcumqꝫ cubi maioꝛis ad quēlibet cubum minorem ipſo eſt triplicata proportio ad proportio-
nem lateris ipſius ad latus minoris. Cuiuſcumqꝫ aūt cubi minoris ad quemlibet cubum maiorē ipſo
eſt ſubtripla proportio ad proportionem lateris ſui ad latus minoris.
¶ Sint a cubus maioꝛ ⁊ b cubus minor ⁊ c latus a ⁊ d latus b. ¶ Dico ergo p̄mo ꝙ ꝓportio a ad b
eſt dupla ad proportionem c ad d. Nā ꝑ p̄cedentem inter a ⁊ b mediant duo ꝓportionales ſcd̄m pro-
portionem c ad d q̄ ſint e ⁊ f erunt tunc a e f ⁊ b ordinatim ꝯtinuo proportionales ſecundū proportio-
nē c ad d quoꝝ a erit maxim⁹ ⁊ b minim⁹ ergo ꝑ .27. diffinitionē ſcd̄i ꝓportio a ad b erit tripla ad ꝓ
portionē a ad e q̄re ⁊ ad ꝓportionē c ad d qꝺ ē ꝓpoſitū. Dico ſcd̄o ꝙ ꝓportio b ad a ē ſubtripla ad ꝓ
portionē d ad c. Hoc ꝯcludat ꝯſimilit̄ ex .27. diffinitiōe ſcd̄i ⁊ ex p̄cedēti ſicut ſtati ꝯcludebat̄ p̄mū.
12 ¶ Si cubi fuerint ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales erūt ⁊ latera ipſoꝝ ordinati ꝯtinuo ꝓportionalia
Et ſi latera cuboꝝ fuerint ordinatim ꝯtinuo ꝓportionalia erunt ⁊ cubi illoꝝ ꝯtinuo proportionales.
¶ Sit e latus a cubi ⁊ f latus b cubi ⁊ g latus c cubi ⁊ h latus d cubi ⁊ ſint p̄mo a b c d ordinatim ꝯti
nuo ꝓportionales. Tunc dico ꝙ e f g h ſūt ordinatim ꝯtinuo ꝓportionalia. Nā ſi a ſit maior b ꝑ p̄mā
ſcd̄i b eſt maior c ⁊ c maior d quare ꝑ p̄cedentē ꝓportio a ad b eſt tripla ad proportionē e ad f ⁊ b ad c
ad ꝓportionē f ad g ⁊ c ad d ad proportionē g ad h. Et ſi a ſit minor b ꝑ p̄mā ſcd̄i b eſt minor c ⁊ c mi-
nor d quare ꝑ p̄cedētē ꝓportio a ad b eſt ſubtripla ad ꝓportionē e ad f ⁊ b ad c ad proportionē f ad g
⁊ c ad d ad proportionē g ad h cum igit̄ ex ypotheſi ꝓportiones a ad b ⁊ b ad c ⁊ c ad d ſunt equales
ꝑ .27. ſuppoſitionē ſcd̄i ꝓportiones e ad f ⁊ f ad g ⁊ g ad h erunt equales vñ ex terminis ꝯſtat ꝓpo-
ſitum. ¶ Sint ſcd̄o e f g h ordinatim ꝯtinuo ꝓportionalia. Tūc dico a b c d eſſe ordinatim ꝯtinuo ꝓ-
portionalia. Nā ſi e ſit maior f ꝑ primā ſcd̄i f eſt maior g ⁊ g maior h quare ꝑ .11. ꝑetitionē quadratus
e eſt maior quadrato f ⁊ q̄drat⁹ f q̄drato g ⁊ quadrat⁹ g q̄drato h quare ex terminis adiuuate .10. pe
titione a erit maior b ⁊ b maior c ⁊ c maior d ergo ꝑ p̄cedētē ꝓportio e ad f eſt ſubtripla ad ꝓportionē
a ad b ⁊ f ad g ad ꝓportionē b ad c ⁊ g ad h ad proportionē c ad d. Et ſi e ſit minor f ꝑ p̄mā ſcd̄i f eſt mi
nor g ⁊ g minor h ergo ꝑ .11. ⁊ .10. petitiones a eſt minor b ⁊ b minor c ⁊ c minor d quare ꝑ p̄cedētē pro
portio e ad f eſt tripla ad ꝓportionē a ad b ⁊ f ad g ad ꝓportionē b ad c ⁊ g ad h ad ꝓportionē c ad d
cū igit̄ ex ypotheſi ꝓportiones e ad f ⁊ f ad g ⁊ g ad h ſint eq̄les ꝑ .27. ſuppōnē ſcd̄i ꝓportiōes a ad b ⁊
b ad c ⁊ c ad d erit eq̄les vñ ex t̄minis ꝯſtat ꝓpoſitū. i q̄rcūqꝫ plurib⁹ āt paucioꝛib⁹ ꝯſilis ē demōſtratio
Co. ¶ Ex p̄nti cū adiutoꝛio p̄cedentis ꝯſtat ꝙ ſi cubi fuerint ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ſcd̄m ꝓpoꝛ
tionē maioris inequalitatis ipſoꝝ latera erūt ꝯtinuo ꝓportionalia ſcd̄m ꝓportionē ſubtriplā ad illam
Et ſi ſcd̄m ꝓportionem minoris inequalitatis ſcd̄m triplā. Et ſi latera fuerint ordinatim ꝯtinuo pro
portionalia ſcd̄m proportionē maioris inequalitatis erūt ipſoꝝ cubi ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales
ſcd̄m ꝓportionem triplā ad illā. Et ſi ſcd̄m ꝓportionē minoris inequalitatis ſecundum ſubtriplam.
13. ¶ Si cubi fuerint diſcōtinuo ꝓportionales erunt ipſoꝝ latera diſcontinuo proportionalia. Et ſi la-
tera cuboꝛum fuerint diſcontinuo proportionalia erunt ipſorum cubi diſcontinuo proportionales.
¶ Sit eadē ypotheſis vt in p̄cedēti ⁊ ſint p̄mo a b c d cubi diſcōtinuo ꝓportionales ita ꝙ ꝓportio a
ad b ſit q̄ c ad d ſed a ad b nō ſit que b ad c. Tunc dico ꝙ e f g h illoꝝ latera ſūt diſcōtinuo ꝓportiona
lia ita ꝙ e ad f eſt q̄ g ad h ſꝫ e ad f nō eſt q̄ f ad g. Nā q̄ e ad f ſit q̄ g ad h ꝯcludat̄ eodē mō ſicut pri
ma ꝑs p̄cedētis ſꝫ ꝙ e ad f non ſit q̄ f ad g patꝫ q2 dato oppoſito eſſent e f g h ordinatim ꝯtinuo ꝓpoꝛ
tionalia quare ꝑ p̄cedentē a b c d eſſēt ordinatim ꝯtinuo ꝓportiōales qꝺ repugnat ypotheſi. ¶ Sint
ſcd̄o e f g h diſcōtinuo ꝓportionales ita ꝙ e ad f vt g ad h ſꝫ e ad f nō ſit vt f ad g. Tūc dico ꝙ a b c d
ſūt diſcōtinuo ꝓportionalia ita ꝙ a ad b vt c ad d ſed a ad b nō eſt vt b ad c. Primū eodē mō ꝯcludat̄
ſicut ſcd̄a ꝑs p̄cedētis ⁊ ſcd̄m patꝫ q2 dato oppoſito eſſēt a b c d ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales qua-
re per p̄cedentem e f g h k eſſent ordinatim ꝯtinuo ꝓportionalia quod repugnat ypotheſi.
14 ¶ Quoꝛūcūqꝫ duoꝝ quadratoꝝ inequaliū dr̄a eſt nūer⁹ ꝓduct⁹ ex ductu ꝯpoſiti ex laterib⁹ ipſoꝝ i
dr̄aꝫ illoꝝ lateꝝ. Similit̄ ⁊ eoꝝ dr̄a ē nūer⁹ ꝓduct⁹ ex ductu dr̄e lateꝝ ipſoꝝ i ꝯpoſitū ex illis latib⁹.
¶ Quia per .9. petitionem latera illoꝛum quadratoꝛum erunt inequalia quo habito p̄mū ex correla
rio .27. p̄mi cum adiutoꝛio .13. p̄mi conſtat propoſitum in forma.
1. co. ¶ Ex p̄nti ꝯſtat ꝙ impoſſibile eſt dr̄am duoꝝ quadratoꝝ eſſe vnitatē aut nūeꝝ quaternariū. ¶ Nā
quibuſcūqꝫ duob⁹ ineq̄lib⁹ datis ſi latera illoꝝ ſint vnitas ⁊ binari⁹ dr̄a illoꝝ quadratoꝝ erit ternari⁹
Et ſi fuerit vnitas ⁊ nūer⁹ maior binario ꝯpoſit⁹ ex illis laterib⁹ erit q̄ternari⁹ vel nūer⁹ eo maior et
dr̄a illoꝝ erit maior vnitate quare ꝓduct⁹ ex dr̄a illoꝝ in ꝯpoſitum ex illis erit maior q̄ternario. Et ſi
nullū lat⁹ alicui⁹ illoꝝ ſit vnitas ꝯpoſitū ex illis erit mai⁹ quaternario qualitercūqꝫ igit̄ ſe h̄eant duo
quadrata ineq̄lia eoꝝ dr̄a erit numer⁹ ternari⁹ aut nūer⁹ maior quaternario vñ conſtat propoſitum.
¶ Patet vltra ꝙ quoꝛūcūqꝫ duoꝝ quadratoꝝ proximoꝝ in ſerie dr̄a eſt numerus cōpoſitus ex la
2. co. terib⁹ ipſoꝝ. ¶ Nā quoꝛūcūqꝫ taliū duoꝝ latera ſūt duo nūeri iuxta ſe poſiti i ſerie quoꝝ ex t̄minis
dr̄a erit vnitas q̄re ex ꝯpoſito ex illis latib⁹ i illā dr̄aꝫ ꝓducet̄ idem et ꝯpoſit⁹ vñ ex p̄nti ꝯſtat ꝓpoſitū
15 ¶ Cuiuſlibꝫ quadrati poſt vnitatē ad ſuū lat⁹ eſt ꝓportio multiplex a latere ipſius denominata. Cu
iuſlibꝫ aūt cubi ad ſuū latus eſt ꝓportio duplicata ad ꝓportionē quadrati illius lateris ad illud lat⁹.
¶ Sit a quadratū mai⁹ vnitate ⁊ b ei⁹ lat⁹ qꝺ ꝯſtat eſſe mai⁹ vnitate ⁊ ſit c cub⁹ b. ¶ Tūc dico p̄mo
ꝙ ꝓportio a ad b eſt multiplex denoīata ſcd̄m b. Dico ſcd̄o ꝙ ꝓportio c ad b eſt dupla ad ꝓportionē

a ad b. ¶ Primū pʒ qꝛ ex terminis ex b in ſe ſit a ergo ꝑ diffinitionē multiplicatiōis q̄tiēs vnitas in
b totiēs b in a quare ꝓportio a ad b eſt q̄ b ad vnitatē ſʒ ꝓportio b ad vnitatē eſt multiplex denoīata
ſcd̄m b qꝛ b eſt maior vnitate ergo a ad b eſt ꝓportio multiplex denoīata ſcd̄m b qd̄ eſt primū. ¶ Et
qꝛ ex terminis ex b in a ſit c ꝑ.21.ſcd̄i ꝓportio c ad a eſt q̄ a ad b ſūt igitur c a b tres numeri ordinati
ꝯtinuo ꝓportionales quorum c eſt maximus ⁊ b minimus quare ꝑ.27.diffinitionem ſcd̄i proportio c
ad b eſt dupla ad ꝓportionem c ad a quare ⁊ ad proportionem a ad b quod eſt ſecundum.
Co. ¶ Ex p̄ſiti ꝯſtat ꝙ int̄ quēlibʒ quadratū maiorē vnitate ⁊ ipſā vnitatē lat⁹ illi⁹ eſt medi⁹ ꝓportiōalis
geometrice ⁊ int̄ quēlibʒ cubū maiorē vnitate ⁊ ei⁹ lat⁹ q̄dratū illi⁹ lateris eſt medi⁹ ꝓportiōalis geo
metrice. Et int̄ quēlibʒ cubū ⁊ vnitatē lat⁹ cubi ⁊ ei⁹ q̄dratū ſūt duo ꝓportiōales medij geometrice
primū iſtoꝝ i demōſtratiōe p̄ſe pt̄ꝫ p̄ſit; ꝯcludit. et ſʒ i demōſtratiōe ſcd̄e. terciū ex duob⁹ p̄mis ſeqt̄
16 ¶ Si quadratus alterum quadratuʒ numeret latus eius latus alterius nūerabit. Et ſi latus alicui⁹
quadrati latus alterius numeret quadratum ipſius quadratum alterius numerabit.
¶ Sint a ⁊ b duo quadrati ⁊ c lat⁹ a ⁊ d lat⁹ b ⁊ ſit p̄mo ita ꝙ a nūeret b. Tunc dico ꝙ c numerat d.
Naꝫ ꝑ.6. hui⁹ inter a ⁊ b mediat vn⁹ ꝓportionalis ſcd̄m ꝓportionē c ad d q̄ ſit e erūt tunc a e b ordina
tim ꝯtinuo ꝓportionales cū igit̄ a prim⁹ nūeret b vltimuʒ ꝑ.15.4. a nūerat e ſed ꝓportio a ad e eſt q̄
c ad d ergo ꝑ correlariū p̄me ſcd̄i c nūerat d qd̄ eſt ꝓpoſitū. ¶ Sit ſcd̄o ita ꝙ c nūeret d ⁊ ſit vt ſtatiʒ
e medi⁹ ꝓportionalis inter a ⁊ b ſcd̄ʒ ꝓportionē c ad d. Tūc dico ꝙ a nūerat b. Naꝫ ꝑ correlariū p̄ſe
ſcd̄i a nūerabit e ⁊ ꝑ idem e nūerabit b quare ꝑ.21. primi a numerabit b quod eſt propoſitum.
17 ¶ Si cubus alterum cubum numeret latus eius latus alterius numerabit. Et ſi latus cubi latus al
terius cubi numeret cubus eius cubum alterius numerabit.
¶ Sint a ⁊ b duo cubi ⁊ c latus a ⁊ d lat⁹ b. Tūc ꝑ.10. hui⁹ inter a ⁊ b mediāt duo ꝓportionales ſm̄
ꝓportionem c ad d qui ſint ordinatim e ⁊ f ſit ergo p̄mo ita vt a numeret b. Tunc dico ꝙ c numerat d
Naꝫ cū a e f ⁊ b ſūt ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ⁊ a primus nūerat b vltimū ꝑ.15. quarti a nūe
rat e ſcd̄m cū igit̄ ꝓportio a ad e ſit q̄ c ad d ꝑ correlariū p̄me ſcd̄i c nūerat d quod eſt ꝓpoſitū ¶ Sit
ſcd̄o ita ꝙ c nūeret d. Tunc dico ꝙ a numerat b. Naꝫ ꝑ p̄mū correlariū p̄me ſcd̄i a nūerat e ⁊ e nume
rat f ⁊ f numerat b ergo ꝑ primum correlarium.21. primi a numerat b quod eſt propoſitum.
18 ¶ Si trium numerorum ordinatim continuo proportionalium primus fuerit quadratus tertium quoꝗ
quadratum eſſe neceſſe eſt.
¶ Sint a b c tres numeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ⁊ a primus ſit quadrat⁹. Tunc dico ꝙ c eſt
quadratus. Sint d ⁊ e minimi in ꝓportione a ad b ita vt d ad e ſit q̄ a ad b tunc ꝑ.24. tertij d numerat
a ⁊ e nūerat b equaliter ſit ergo ſcd̄m f ⁊ ꝑ eandē tertij d nūerat b ⁊ e nūerat c equaliter ſit ergo ſcd̄ʒ
g ⁊ ſit h latus a qꝛ igit̄ ex terminis ⁊ ex ypotheſi ex d in f ſit a tm̄ ſcʒ ſicut ex h in ſe ꝑ p̄mū correlariū.
43. ſcd̄i d ad h vt h ad f eſt ergo h medi⁹ ꝓportionalis inter d ⁊ f ⁊ qꝛ ex terminis ⁊ ex ypotheſi ex d
in f ſit a ⁊ ex d in g ſit b ꝑ.21. ſcd̄i proportio f ad g eſt que a ad b quare d ad e q̄ f ad g ergo ꝑmutatiʒ d
ad f que e ad g ſʒ inter d ⁊ f mediat vnus ꝓportionalis puta h ergo ꝑ.12. quarti inter e ⁊ g mediabit
vnus q̄ ſit k erūt igit̄ e k ⁊ g ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales cū igit̄ ex terminis ⁊ ex ypotheſi ex e in g
ſiat c ꝑ p̄mū correlariū.43. ſcd̄i ex k in ſe ſiet c quare ex terminis c erit quadratū quod eſt ꝓpoſitum
Co. ¶ Ex p̄ſiti ꝯſtat ꝙ inter quadratū nūerū ⁊ nō quadratū nūerū vnū medium in ꝯtinua ꝓportionalita
te cadere eſt impoſſibile. Et ex ꝯſiti medietatē ꝓportionis reperte inter duos nūeros quoꝝ vn⁹ eſt qua
dratus ⁊ alius nō quadratus in nūeris reperiri eſt impoſſibile. ¶ Primū pʒ qꝛ dato oppoſito ſeqt̄
ſtatim oppoſitum preſētis. Et ſcd̄m perʒ ex primo ⁊ ex ſecundo correlario.12. quarti.
19 ¶ Si quatuor nūerorum ordinatim ꝯtinuo ꝓportionaliū p̄m⁹ fuerit cub⁹ quartus quoꝗ erit cubus.
¶ Sint a b c d quattuor nūeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales quoꝝ a prim⁹ ſit cub⁹. Tūc dico d eſſe
cubū. Si eni̅ hi quattuor fuerint in ſua ꝓportiōe minimi ꝑ.5. hui⁹ ꝯſtat ꝓpoſitū. Sin aūt ſint e f g h qua
tuor ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales in ꝓportione illoꝝ cuboꝝ minimi tūc ꝑ.25. tertij e nūerat a ⁊ f nu
merat b ⁊ g nūerat c ⁊ h nūerat d equaliter ⁊ ꝑ.5. hui⁹ e ⁊ h ſūt cubi ⁊ qꝛ e ⁊ a ſunt cubi per.10. huius
erunt duo ꝓportionales medij inter e ⁊ a qui ſint ordinatim k ⁊ l ⁊ quia ꝑ equam proportionalitatem
directam ꝓportio e ad h eſt que a ad d permutatiʒ e ad a que h ad d ergo ꝑ.12. quarti inter h ⁊ d erūt
ſimiliter duo medij ꝓportionales qui ſint ordinatim m ⁊ n erunt tūc h m n d ordinatim contiuo ꝓpor
tionales quorū d erit maximus h minimus quare ꝑ.27. diffinitionem ſcd̄i proportio d ad h eſt tripla
ad ꝓportionem d ad n ⁊ ex ꝯſiti ad ꝓportionem m ad h ⁊ qꝛ h prim⁹ numerat d vltimuʒ vt ꝓbatuʒ eſt
per.15. quarti h numerat m ſcd̄m ſit igitur o latus h cubi ⁊ o ſit totiēs in p quotiens h in m erit tūc ꝓ
portio p ad o q̄ m ad h ergo ꝑ p̄mā ſcd̄i p eſt mai⁹ o ſicut m mai⁹ h quare cub⁹ p q̄ ſit q erit maior h cu
bo o ⁊ qꝛ ꝓportio d ad h ꝓbata eſt tripla ad proportionē m ad h erit etiā tripla ad ꝓportionem p ad o
ſed per.11. huius proportio q ad h eſt tripla proportioni p ad o ergo q ad h eſt que d ad h ergo per ter
tium correlarium.3. ſecundi q eſt equalis d ſʒ q eſt cubus ergo d eſt cubus quod eſt propoſitum.
Co. ¶ Ex p̄ſiti ꝯſtat ꝙ impoſſibile eſt int̄ cubū ⁊ nō cubū duos cadere medios in ꝯtinua ꝓportionalitate
Et ex ꝯſiti proportionis inter tales reperte tertiam partem in numeris reperire eſt impoſſibile. Hoc
ex p̄ſiti et ex tertio correlario.12. quarti manifeſte deducitur.
20 ¶ Si q̄drat⁹ aliquē q̄dratū nūeret nūerabit ipʒ ſm̄ q̄dratū nūeri ſm̄ quē lat⁹ ei⁹ nūerat illi⁹ lat⁹ ⁊ ſi
lat⁹ q̄drati lat⁹ alicui⁹ nūeret nūerabit ipm̄ ſm̄ lat⁹ q̄drati ꝑ quē q̄drat⁹ eius nūerat quadratū illius.
¶ Sint a ⁊ b duo quadrati ⁊ c latus a ⁊ d latus b ⁊ ſit p̄mo ita ꝙ a numeret b tūc per.16. huius c nu
merat d ſit ergo ſcd̄m f ⁊ ſit e quadratum f. Tūc dico ꝙ a numerat b ꝑ e. Naꝫ per.6. huius inter a ⁊
b mediat vnus ꝓportionalis ſecundum ꝓportionem c ad d qui ſit g quia igitur proportio a ad g eſt q̄
c ad d ⁊ c numerat d ꝑ f per primum correlarium prime ſecundi a numerat g per f ⁊ per idem g nume

rat g per f quare p.21.primi a numerat b per e productum ex f in ſe quod eſt propoſitum. ¶ Sit ſe
cundo ita ꝙ c numeret d per e. Tunc dico per.15.huius a numerat b ſit ergo ſcđm f. Dico ergo e eſſe
latus f quadrati. Quia per ſtatim demonſtratum f erit quadratum e.
1.co. ¶ Ex preſenti conſtat ꝙ nullus quadratus numerat quadratū ſecundum numerum non quadratum
neqȝ non quadratus numerat quadratum ſecundum quadratum ſed preciſe ſecundū non quadratū.
¶ Quia dato oppoſito primi ipſorum ſtatim ſequitur oppoſitū pñtis. Et dato oppoſito ſcđi ꝑ primū
correlariū.15.primi quadratus nūeraret quadratū ſcđm nō quadratū quod repugnat primo.
¶ Patet vltra ꝙ vniuerſaliter ex quadrato in non quadratū ⁊ ex non quadrato in quadratū fiet nō
2.co quadratus. Et ſi aliquis quadratus a quadrato numeretur ille fiet ex quadrato in quadratum.
21. ¶ Si cubus cubū nūeret nūerat ipm̄ ſcđm cubū illius nūeri ſcđm quē latꝰ eiꝰ nūerat latꝰ illiꝰ. Et ſi
latꝰ cubi latus alicuiꝰ cubi nūeret nūerat ipſū ſcđm latus cubi ſcđm quē eius cubꝰ nūerat cubū illiꝰ.
¶ Sunt a ⁊ b duo cubi ⁊ c latus a ⁊ d latus b ⁊ ſit primo ita ꝙ a nūeret b. Tunc ꝑ.17.huius c nūeret
d ſit ergo ſcđm e ⁊ ſit f quadratum e ⁊ g cubꝰ e. Dico ergo ꝙ a numerat b ſcđm g. Quia per.10.huiꝰ
inter a ⁊ b ſunt duo ꝓportionales medii ſcđm ꝓportionem c ad d qui ſint h ⁊ k ordinati; quia ergo ꝓ
portio a ad h eſt q̄ c ad d ⁊ c numerat d ꝑ e per primū correlariū prime ſcđi a nūerat h ꝑ e ⁊ per idem
h numerat k ꝑ e ⁊ k nūerat b ꝑ e quare per.21.primi a nūerat k ꝑ f q̄ ſit ex e in ſe ⁊ ꝑ eandē a nūerabit
b ꝓductum ex e in f qui ex terminis eſt g. ¶ Sit ſcđo ita ꝙ c nūeret d ꝑ e. Tunc ꝑ.17.huius a nume
rabit b ſit ergo ſcđm f. Tunc dico e eſſe latus f cubi. Quia per ſtatim demonſtratum f eſt cubus e.
1.co. ¶ Ex preſenti conſtat ꝙ nullus cubus numerat cubum ſecundum numerum non cubū. Nec non cu
bus numerat cubum ſecundum cubū ſed preciſe ſecundū non cubum. ¶ Quia dato oppoſito primi
iſtorum ſtatim ſequitur oppoſitum preſentis. Et dato oppoſito ſecundi per primū correlarium.13.pri
mi cubus numeraret cubum ſecundum non cubum quod repugnat primo.
2.co ¶ Patet vltra ꝙ vniuerſaliter ex cubo in non cubum ⁊ ex non cubo in cubum efficitur non cubus.
Et ſi cubus numeretur a cubo ille fiet ex cubo in cubum.
22 ¶ Si quadratus in quadratū ducatur ꝓducetur quadratus ⁊ ſi cubus in cubum ꝓducetur cubus.
¶ Ducatur primo a quadratus in b quadratū ⁊ fiet c. Tunc dico ꝙ c eſt quadratꝰ ⁊ imprimis ſi a ſit
equalis b notum eſt illud. Et ſi inequalis per.6.huius inter a ⁊ b eſt vnus medius ꝓportionalis qui
ſit d erunt igitur a d b ordinatim continuo proportionales quare per primum correlariū.4.3.ſecundi
ex d in ſe fiet tm̄ ſicut ex a in b ⁊ per ꝯñs fiet c vnde ex terminis ꝯſtat propoſitum. ¶ Ducatur ſecūdo
a cubus in b cubū ⁊ fiet c. Tunc dico c eſſe cubū ⁊ imprimis ſi a aut b ſit vnitas notū eſt illud q2 c erit
aliquis illorū. Si autē a non ſit vnitas nec b ſit d latus cubi a ⁊ e quadratū d q2 ergo ex a in b fiet e quo
tiens vnitas in a totiens b in c quare proportio vnitatis ad a eſt que b ad c ſed per correlariū.15.hu
ius inter vnitatem ⁊ a ſunt e ⁊ d medii proportionales ergo per.12.quarti inter b ⁊ c cadent etiā duo
medii proportionales qui ſint ordinatim g ⁊ f erunt tunc b g f c quattuor numeri ordinatim continuo
proportionales ſed b primus eſt cubus ergo per.19.huius c quartus eſt cubus qđ eſt propoſitum.
Co. ¶ Ex pñti ꝯſtat ꝙ nullus quadratus nūerat non quadratū ſcđm quadratū nec cubus numerat nō
cubū ſcđm cubū. Sȝ ſi quadratꝰ nūeret aliquē nūerū ꝑ quadratū ille nūeratꝰ erit quadratꝰ ⁊ ſi cubꝰ
nūeret aliquē ꝑ cubū nūeratꝰ erit cubꝰ. Dato eñ oppoſito alicuiꝰ iſtoꝝ ſtatim ſeq̄re oppoſitū pñtis.
23 ¶ Si duo numeri fuerint commenſurabiles erūt eorum quadrati commenſurabiles ſimiliter ⁊ cubi
ipſorum commenſurabiles. Et ſi duo numeri fuerint incommenſurabiles erunt quadrati ipſorū in
commenſurabiles ſimiliter ⁊ eorum cubi erunt incommenſurabiles.
¶ Sint a ⁊ b duo nūeri ⁊ c quadratum a ⁊ d quadratum b ⁊ e cubus a ⁊ f cubus b ⁊ ſint primo a ⁊ b
cōmenſurabiles tunc dico ꝙ c ⁊ d ſunt cōmenſurabiles ſimiliter ⁊ e ⁊ f ſunt cōmenſurabiles. Sit eñ
g numerus ꝓter vnitatem cōmuniter numerans a ⁊ b quia igitur ex ypotheſi ⁊ ex terminis a nūerat
c ⁊ e ⁊ b nūerat d ⁊ f per.21.primi g numerabit c ⁊ d ⁊ etiā e ⁊ f vnde ex terminis conſtat propoſitum.
¶ Sint ſecundo a ⁊ b incommenſurabiles. Tunc dico c ⁊ d eſſe incōmenſurabiles ſimiliter e ⁊ f quia
ex terminis ⁊ ex ypotheſi ex a in ſe fit c ⁊ ex a in c fit e ⁊ per idem ex b in ſe fit d ⁊ ex b in d ſit f quare
per.14.tertii c ⁊ d ſunt incommenſurabiles ⁊ ſimiliter e ⁊ f quod eſt propoſitum.
1.co. ¶ Ex pñti ꝯſtat ꝙ ſi duo q̄drati aut duo cubi aliq̄ꝝ nūeroꝝ fuerit ꝯmēſurabiles erūt illi nūeri ꝯmēſu
rabiles ⁊ ſi icōmēſurabiles erūt ⁊ illi icōmēſurabiles dato eñ oppoſito hꝰ ſtatī ſeq̄t oppoſitū pñtis
2.co ¶ Patet vltra ꝙ ſi duo quadrati duorum numerorum fuerint cōmenſurabiles erunt cubi eorūdem
cōmenſurabiles ⁊ ſi incōmenſurabiles erūt cubi eorūdem incōmenſurabiles. Et ſi duo cubi duorum
numerorum fuerint commenſurabiles erunt quadrati eorūdem commenſurabiles ⁊ ſi incommenſu
rabiles incommenſurabiles. Hec ex preſenti cum precedenti correlario manifeſtiſſime ſequitur.
24 ¶ Si quadrati ad aliquem numerum fuerit ea ꝓportio que quadrati ad quadratum ille erit quadra
tus. Et ſi cubi ad aliquem fuerit que cubi ad cubum ille erit cubus.
¶ Sit primo a quadrati ad b numerū ea ꝓportio q̄ c quadrati ad d quadratum. Tūc dico ꝙ b eſt qua
dratus ⁊ imprimis ſi a ſit equalis b ꝯſtat ꝓpoſitum. Si autem ex prima ſcđi c eſt inequalis inter c d
erit vnꝰ medius ꝓportionalis ergo ꝑ.12.quarti inter a ⁊ b erit etiā vnus mediꝰ ꝓportionalis qui ſit e
erūt igit̄ a e b tres nūeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales quoꝝ a primꝰ eſt q̄dratꝰ ḡ ꝑ.18.huiꝰ b tertius
erit q̄dratꝰ qđ ē ꝓpoſitū. ¶ Sit ſcđo a cubi ad b nūeꝝ q̄ c cubi ad d cubū tūc dico d eē cubū. Si eī a ſit
equalis b ꝯſtat ꝓpoſitū ⁊ ſi ineq̄lis ex prima ſcđi c eſt inequalis d quare ꝑ.10.huiꝰ inter c ⁊ d ſunt duo
medii ꝓportiōales ḡ ꝑ.12.q̄rti it̄ a ⁊ b cadēt etiā duo medii ꝓportiōales q̄ ſint ordinati e ⁊ f erūt ḡ a
e f ⁊ b ordinati ꝯtinuo ꝓportionales quorū a primꝰ ē cubꝰ ḡ ꝑ.19.huiꝰ b quartꝰ ē cubꝰ qđ eſt ꝓpoſitū.
Co. ¶ Ex preſēti ꝯſtat ꝙ ſi alicuius numeri ad numerū quadratum fuerit ea proportio que quadrati ad

quadratum ille eſt quadratus. Et ſi alicuius ad aliquem cubũ fuerit q̃ cubi ad cubũ ille erit cubus.
25 ¶ Si quadratus in quadratum ducatur latus quadrati producti erit numerus productus ex ductu laterum illorum quadratorum vnius in alterum.
¶ Sit c productus ex a quadrato in b quadratũ tunc per .22. huius c eſt quadratus. Sit inſuper f productus ex d latere a in e latus b. Dico ergo ꝙ f eſt latus c quadrati qꝛ per .6. huius proportio a ad f eſt q̃ e f ad b. Sint ergo a f b ordinatim cõtinuo proportionales ergo per primũ correlarium .43. ſecundi c productus ex a in b eſt equalis producto ex f in ſe vnde ex terminis conſtat propoſitum.
26 ¶ Si cubus in cubũ ducatur latus cubi producti erit numerus productus ex ductu laterum illorũ cuborum vnius in alterum.
¶ Ducatur a cubus in b cubũ ⁊ fiat c quis per .22. huius erit cubus ducatur inſuper d latus a in e latus b ⁊ fiat f dico igitur ꝙ f eſt latus c cubi. Sit enĩ g quadratus d ⁊ h quadrat⁹ e ⁊ k quadratus f.
¶ Tunc ad clarius oſtendẽdum propoſitum dico primo ꝙ proportio g ad f eſt que d ad e ſimiliter ⁊ f ad h que d ad e ⁊ ex conſequenti que g ad f que f ad h hec conſtãt. ¶ Dico ſecundo ꝙ d ad f eſt que e ad h quia ex primo dicto d ad e que f ad h ergo ꝑmutatim d ad f que e ad h. ¶ Dico tertio ꝙ a ad k ẽ que f ad b duco enĩ d in f ⁊ fiat l quia ergo ex terminis ⁊ ex hypotheſi ex d in g fit a ⁊ ex d l f fit l ꝑ .21. ſecundi a ad l eſt que g ad f ⁊ quia ex d in f fit l ⁊ ex f in ſe fit k per eandẽ ſecundi l ad k eſt que d ad f duco inſuper d in h ⁊ fiat m qꝛ ergo ex d in e fit f ⁊ ex d in h fit m per .21. ſcd̃i f ad m eſt que e ad h. Et ex ꝯñti ex ſecundo dicto erit ea que d ad f ⁊ qꝛ ex d in h fit m ⁊ ex terminis ⁊ ex hypotheſi ex e in h fit b per eandem ſcd̃i m ad b eſt que d ad e ergo ex primo dicto ⁊ que g ad f. Erit igitur f ad m ea propoſitio que d ad f ⁊ m ad b que g ad f ſꝫ a ad l ꝓbata eſt que g ad f ⁊ l ad k eẽt que d ad f ergo a ad l eſt q̃ m ad b ⁊ l ad k que f ad m per equã igitur ꝓportionalitatem indirectam a ad k eſt que f ad b quod eſt propoſitum huius dicti. ¶ Tũc ſic a ad k eſt que f ad b ergo ꝑmutatim a ad f que k ad b ergo ꝑ .43. ſecundi c cubus productus ex a in b erit equalis illi quod fiet ex f in k quadratum f ergo ex terminis f eſt latus cubi c quod eſt propoſitum.
¶ Quadratos tres quorum continuo ſumptorum differentie ſint equales contingit reperire.
27 ¶ Hec docet modum ꝓcedẽdi ad inueniendum tres quadratos quorum ꝑmi ad ſcd̃m ſit eadem dr̃a que ſecundi ad tertiũ. Sit igitur a quicũqꝫ nũerus ⁊ ſit b nũerus maior a cuius dr̃a ad a ſit quadrupla ipſi a que ſit c ⁊ ſit d maior b cuius dr̃a ad b ſit equalis a ⁊ e maior d cuius dr̃a ad d ſit etiã equalis a cõſtat tunc exceſſum e ſupra b eſſe duplũ ipſi a ⁊ ex ꝯñti ſubduplũ ad c. Sit ergo ille f. Cõſtat inſuper ex .5. primi d eſſe medietatẽ ꝯpoſiti ex b ⁊ e ſit ergo g quadratus a ⁊ h quadratus b ⁊ k quadratus e. Dico igitur dr̃am k ad h eſſe equalem dr̃e h ad g. Quia ꝑ .14. huius dr̃a h ad g eſt equalis producto ex ꝯpoſito ex a b in c. Cum igitꝰ ꝯpoſitus ex a b ſit equalis d differentia h ad g erit equalis ꝓducto ex d in c. Et etiã per .14. huius dr̃a k ad h eſt equalis producto ex cõpoſito ex b ⁊ e qui ꝓbatus eſt duplus d in f. Quia igitur ꝓportio c ad f eſt que totus b e ad d quia vtraqꝫ probata eſt dupla cõuerſim d ad totum b e eſt que f ad c quare ꝑ .43. ſecũdi ex d in c equũ fiet illi quod ex toto b e in f. Cũ igitur productum ex d in c ſit differentia h ad g ⁊ productum ex toto d e in f differentia k ad h vt probatum eſt erit differentia k ad h equalis differentie h ad g quod eſt propoſitum.
Co: ¶ Ex preſenti ꝯſtat ꝙ quocumqꝫ quadrato dato ꝯtingit alios duos quadratos reperire quorum vn⁹ equaliter excedet ipſum ſicut excedet ab alio. ¶ Quia quocumqꝫ tali dato capiatur latus eius loco a in demonſtratione preſentis ⁊ eadem erit demonſtratio.
28 ¶ Quocũqꝫ quadrato poſt ſcd̃m dato contingit aliũ quadratũ reperire qui cũ eo quadratũ ꝯſtituat
¶ Sit a quicũqꝫ quadrat⁹ poſt ſecundũ in ſerie. Tunc dico ꝙ cõtingit reperire quadratum aliquẽ q̃ cum eo quadratũ ꝯſtituat. Quia ſi a ſit diuiſibilis in duo equa ſit b medietas eius ⁊ c latus a quod cõſtat eſſe mai⁹ binario qui ſit d ꝯſtat inſuper a ꝓduci ex d in b ꝯſtat inſuper ꝙ c eſt inequalis b qꝛ alias ex c in b fieret a tm̃ ſcꝫ ſicut ex d minori c in b quod repugnat .9. petitioni eſt igitur c inequalis b ⁊ ex ꝯñti etiã d eſt inequalis b qꝛ alias a eſſet ſcd̃s quadratus in ſerie qꝛ igitur ex d in b fit a ſimiliter ⁊ ex c in ſe per primũ correlarium .43. ſcd̃i proportio d ad c erit que c ad b ⁊ quia d numerus primus numerat a ꝓductum ex c in ſe ꝑ ſcd̃m correlarium .6. tertij d nũerat c ergo ꝑ primum correlarium prime ſcd̃i c nũerat b quare per .21. primi d numerat b ſit ergo ſecundũ e tunc per primum correlarium .13. primi e numerat b ſcd̃m d quare e bis ſumptus ꝯſtituit b ⁊ per ꝯñs eſt medietas b cũ igitur e non poſſit eſſe vnitas qꝛ tunc b eſſet equalis d ſit f nũerus maior e vnitate ⁊ g minor e vnitate erit tunc ex .21. digni tate exceſſus f ſupra g binarius ⁊ per .5. ꝑmi e eſt medietas totius f g ⁊ per ꝯñs tot⁹ f g eſt equalis b quare ex d in totum f g ꝓducetur a tm̃ ſcꝫ ſicut ex d in b ſit ergo h quadratum f ⁊ k quadratum g. Dico igitur ꝙ compoſitus ex k ⁊ a quadratis eſt equalis h quadrato. Quia ꝑ .14. huius exceſſus h ſupra k eſt numerus ꝓductus ex d in totum f g modo ille ꝓductus ꝓbatus eſt a ergo h adequate reſultat ex k ⁊ a. Si autẽ a quadratus non poſſit in duo equa diuidi tunc ex correlario .17. tertij a poterit diuidi in duas ꝑtes ſola vnitate diſtãtes que ſint b maior ⁊ c minor ⁊ ſit d quadratum b ⁊ e quadratũ c. Dico ꝙ cõpoſitus ex a ⁊ e duobus quadratis eſt equalis d quadrato. Quia ꝑ .14. huius exceſſus d ſupra e eſt nũerus productus ex differẽtia b ad e que eſt vnitas in totum b c modo ex vnitate in totũ b c fit totus b c qui ex ypotheſi eſt equalis a ergo exceſſ⁹ d ſupra e eſt equalis a quare cõpoſit⁹ ex d ⁊ a erit equalis d quod eſt ꝓpoſitum. ¶ Hic aduerte ꝙ nec vnitas primus quadratus in ſerie nec quaternarius ſecũdus quadratus ſeriei cum aliquo quadrato poteſt quadratum ꝯſtituere quia ex ꝑmo correlario .14. huius nõ poteſt duorum quadratorum inequalium differentia eſſe vnitas aut quaternarius. Et propter hoc in preſenti additur illa particula ſcꝫ poſt ſecundum in ſerie.
29 ¶ Diſpoſitis omnib⁹ quadratis ab vnitate inchoando ordinatim ſicut in ſerie occurrunt ꝑmus alte-

ra ꝑte longioꝛ in ſerie occurrens erit ille medius ꝓportionalis qui reperitur inter primum quadratũ ⁊ ſecundum ⁊ ſecundus altera parte longioꝛ in ſerie occurrens erit ille qui reperitur inter ſecundum quadratum ⁊ tertiũ ⁊ ita deinceps. Eritq; cuiuſlibet illoꝛum quadratoꝛum ad quẽlibet altera ꝑte lõgioꝛẽ immediate p̃cedentem ipm̃ aut ſequentem in ſerie dr̃a equalis lateri illius quadrati.

¶ Sint vnitas ⁊ a b c d ⁊ ita deinceps oꝛdinatim numeri ſicut in ſerie occurrunt ⁊ ſicut vnitas e f g h ⁊ ita deinceps oꝛdinatim quadrati ſicut in ſerie occurrunt conſtat tunc vnitatẽ eſſe latus primi quadrati ⁊ a eſſe latus e ⁊ b latus f ⁊ c latus g ⁊ ita deinceps. Sint inſuper k l m n oꝛdinatim altera ꝑte longioꝛes ſicut in ſerie occurrunt conſtat tunc vnitatẽ ⁊ a eſſe latera k altera parte longioꝛis in ſerie occurrẽtis ⁊ a ⁊ b eſſe latera l ſecundi ⁊ ita deinceps quare k fiet ex vnitate in a ⁊ l ex a in b ⁊ ita deinceps. Conſtat inſuper k eſſe proximum altera parte longioꝛẽ ſequentem vnitatẽ ⁊ proximum precedentem e quadratum ⁊ l primum ſequentem e ⁊ primum p̃cedentem f ⁊ ita deinceps. ¶ Dico igitur primo ꝙ k eſt ille medius ꝓportionalis qui reperitur inter vnitatem ⁊ e ⁊ b ille qui reperitur inter e ⁊ f ⁊ ita deinceps. Dico ſecũdo ꝙ cuiuſlibet illoꝛum quadratoꝛum ad quẽlibet altera parte longioꝛem primum precedentem aut ſequentem differẽtia eſt latus illius quadrati. ¶ Primum patꝫ quia per 6. huius inter vnitatẽ ⁊ e eſt medius proportionalis numerus qui fit ex vnitate latere vnitatis in a latus e qui probatus eſt k ⁊ inter e ⁊ f qui fit ex a in b latus f qui ꝓbatus eſt l ⁊ ita deinceps patet igitur primum. ¶ Secundum patet quia per .33. dignitatem ex vnitate in a fit a ergo k ꝓductus ex vnitate in a eſt equalis a cũ igitur differentia vnitatis e ad a ſit vnitas erit differẽtia vnitatis ad k proximum altera parte longioꝛẽ ſequentem vnitatem vnitas latus ipſiuſmet vnitatis quia a adequate componitur ex duabus vnitatibus per .16. primi e productus ex a in ſe erit equalis compoſito ex productis ex vnitate bis in a ⁊ per cõſequens differentia e ad k productum ex vnitate in a qui eſt proximus altera parte longioꝛ precedẽs e erit numerus productus ex vnitate in a ⁊ per cõſequens erit a latus ipſius e ⁊ quia b adequate reſultat ex a ⁊ vnitate per .14. p̃mi ex a in b tñ fiet ſicut ex a in a ⁊ ex a in vnitatem ergo e ꝓducti ex a in a ad l primum altera parte longioꝛem ſequentẽ ipſum qui fit ex a in b differentia erit numerus qui fit ex a in vnitatem ⁊ per ꝯñs erit a latus e ⁊ quia per .16. primi ex b in ſe tñ fit ſicut ex a in b ⁊ ex vnitate in b differentia f producti ex b in ſe ad l proximũ altera parte longioꝛem p̃cedentem ipſum qui fit ex a in b erit numerus productus ex vnitate in b ⁊ per ꝯñs erit ipſemet b latus f. Et cõſimiliter omnino oſtendatur ꝓpoſitum de quocumq; quadrato reſpectu proximi altera ꝑte longioꝛis precedentis ipſum ſicut oſtenſum eſt de f reſpectu l ⁊ reſpectu proximi ſequentis ſicut oſtenſum eſt de e reſpectu l patet igitur totum propoſitum.

1. co. ¶ Ex p̃nti conſtat ꝙ ſi diſponantur oꝛdinatim omnes quadrati ſicut in ſerie occurrũt ab vnitate inchoando ⁊ ſumãtur omnes medij ꝓportionales inter quoſcumq; duos proximos illoꝝ ſumẽtur omnes altera parte longioꝛes in ſerie occurrẽtes ⁊ p̃mus altera parte lõgioꝛ erit maioꝛ p̃mo quadrato ⁊ minoꝛ ſcd̃o ⁊ proxime ſequẽs p̃mum ⁊ p̃cedens ſcd̃m ⁊ ſcd̃s maioꝛ ſcd̃o quadrato ⁊ minoꝛ tertio et proxime ſequens ſcd̃m ⁊ p̃cedens tertium ⁊ ita deinceps. Hoc manifeſtiſſime apparet ex preſenti.

2. co ¶ Patet ſecundo ꝙ inter quoſcumq; duos quadratos proximos in ſerie mediat vnus altera parte longioꝛ cuius latera ſũt latera illoꝛum quadratoꝛum ⁊ non mediant plures inter duos proximos ſed quicumq; alius altera ꝑte longioꝛ eſt quocũq; illoꝛum quadratoꝝ maioꝛ aut quocũq; minoꝛ. ¶ Nã per p̃ntem cum adiutoꝛio .6. huius ꝯſtat primum quo habito dato altera ꝑte longioꝛi medio ꝓportionali inter duos quadratos proximos quicũq; fuerint proximus altera ꝑte longioꝛ ſequens illũ in ſerie per p̃ntem erit medius ꝓportionalis inter maioꝛem illoꝛum quadratoꝛum ⁊ primum quadratum ſequentem ergo ille erit maioꝛ maioꝛi illoꝛum quadratoꝝ ⁊ ex ꝯñti maioꝛ minoꝛi ⁊ a foꝛtioꝛi quilibet alius ſequens illum altera ꝑte longioꝛem in ſerie erit maioꝛ quocũq; illoꝛum quadratoꝛũ. Et ſi aliquis altera parte longioꝛ excedat in ſerie illũ altera ꝑte longioꝛem inter illos duos quadratos ꝑ p̃ntem ille erit medium ꝓportionale inter minoꝛem illoꝛum quadratoꝛum ⁊ primum quadratũ p̃cedentẽ illũ minoꝛẽ ⁊ ꝑ ꝯñs ille altera ꝑte longioꝛ erit minoꝛ minoꝛe illoꝛum quadratoꝝ ⁊ ex ꝯñti minoꝛ maioꝛi ⁊ a foꝛtioꝛi quilibet alius precedens illum ſi talis fuerit erit quocumq; illoꝛum minoꝛ.

3. co. ¶ Patet vltra ꝙ licet quicumq; altera ꝑte longioꝛ ſit medius ꝓportionalis geometrice inter duos quadratos quoꝝ vnus eſt primus precedens ipſum ⁊ alius proximus ſequens tñ nullus quadrat⁹ eſt medius ꝓportionalis geometrice inter duos altera ꝑte longioꝛes quoꝛum vnus proxime precedit ipſum ⁊ alius proxime ſequitur ipſum. ¶ Quia per p̃ntem dr̃a proxime ſequentis ipſum eſt equalis differentie ipſius ad primum p̃cedentem ergo per primũ coꝛrelariũ .36. ſcd̃i maioꝛ erit ꝓpoꝛtio ipſius ad proximum precedentem ipſum q̃ proximi ſequentis ad ipſum ⁊ per ꝯñs non erit medius proportionalis geometrice inter illos.

4. co ¶ Patꝫ vltra ꝙ dr̃a ſcd̃i ad altera parte longioꝛis ad p̃mum in ſerie occurrentem eſt dupla ad ſecũdum numerũ in ſerie occurrẽtem ⁊ differentia tertij ad ſcd̃m dupla ad tertiũ ⁊ ita deinceps. Nã dr̃a ſcd̃i ad ſecundum quadratum qui eſt proximus quadratus p̃cedens ipſum per preſentem eſt equalis differentie ſcd̃i quadrati ad primum altera parte longioꝛem ⁊ quelibet illarum eſt latus ſecundi quadrati quod eſt ſecundus nũerus in ſerie cum igitur ꝑ .21. dignitatem differentia ſecundi altera parte longioꝛis ad primum adequate reſultet ex illis duab⁹ differẽtijs equalib⁹ non ꝯmunicãtibus erit dupla ad quãlibet illarum ⁊ ꝑ ꝯñs ad ſcd̃m numerũ in ſerie. Et ꝯſimiliter patꝫ ꝓpoſitum de alijs.

5. co ¶ Patꝫ finaliter ꝙ quoꝛũcumq; duoꝛum proximoꝝ altera ꝑte longioꝛũ in ſerie mai⁹ latus minoꝛis ẽ minus latus maioꝛis ⁊ inter quoſcũq; tales p̃ciſe mediat vn⁹ quadrat⁹ in ſerie ⁊ ei⁹ latus eſt minus latus maioꝛis ⁊ mai⁹ minoꝛis. ¶ Primũ de ſe eſt notũ. Et ſcd̃m ptꝫ qꝛ dato illi⁹ oppoſito accideret oppoſitũ ſcd̃i coꝛrelarij p̃ntis. Tertiũ ptꝫ qꝛ ſi aliud ſit lat⁹ illi⁹ q̃drati ꝯtinget oppoſitũ .11. petitiõis

30 ❡ Si ſumãtur ordinatim oēs altera pte lõgiores ſicut in ſerie occurrũt ⁊ quelibet duo primi ꝯiungãt ⁊ ꝯpoſitorũ dimidia ordinatim ſumãtur ꝓuenient ordinatim omnes quadrati in ſerie poſt vnitatem.
❡ Quia ex pcedenti dĩa ſcdi quadrati in ſerie ad pmum altera pte longiorez eſt equalis dĩe ipſius ad ſcdm quare ex terminis illi duo altera pte longiores erunt equidiſtãtes a b ab illo quadrato ergo p 5. pmi ille quadratus erit medietas ꝯpoſiti ex illis ⁊ p idē tertius quadrat⁹ erit medietas cõpoſiti ex ſcdo ⁊ tertio altera pte longioribus. Et ita deinceps vnde manifeſte conſtat propoſitum.

31 ❡ Nullus altera parte longior eſt quadratus.
❡ Quia dato oppoſito ſit a ille ⁊ latera eius ſcdm ꝙ altera pte longior ſint b minor ⁊ c maior ⁊ latus eius in eo ꝙ quadratus ſit d vel ergo d eſt equalis b aut c aut nulli. Si pmum tunc ex d in ſe tm̄ pduceretur ſicut ex aliquo equali ipſi in aliquē inequalem ipſi quod eſt impoſſibile. Si aũt nulli illorum ſit equalis cũ non poſſit eſſe medius inter illos qꝛ ſola vnitate diſtãt erit quocũq; illorum maior aut quocumq; minor ⁊ p ꝯñs ex d in ſe tm̄ fieret ſicut ex maiori ipſo in maiorē ipſo aut ſicut ex minori ipſo in minorem ipſo puta ſicut ex b in c quorumq; vtrumq; eſt impoſſibile. Patet igitur propoſitum.
❡ Nullus altera parte longior eſt cubus.

32 ❡ Quia dato oppoſito ſint b maior ⁊ c minor eius latera in eo ꝙ altera pte lõgior qui ex terminis ſola vnitate diſtabunt ⁊ ex ꝯñti p tertium correlarium. 11. tertij erũt adinuicem primi ſit ergo d quadratum b ⁊ e quadratũ c ⁊ f latus a in eo ꝙ cubus ⁊ g quadratum f tũc p. 6. huius inter d ⁊ g erit vnus medius ꝓportionalis ſcdm ꝓportionem b ad f qui ſit h ⁊ per eandē inter e ⁊ g erit vnus ſcdm proportionem c ad f qui ſit k erit itaq; tam d ad h ꝙ h ad g ea ꝓportio que b ad f ⁊ e ad k ⁊ k ad g que c ad f ⁊ quia ex terminis ex f in g fit a ſimiliter ⁊ ex b in c p. 43. ſcdi ꝓportio g ad b que c ad f quare ⁊ que k ad g ⁊ quia g ad b ꝓbata eſt que c ad f pmutatim g ad c que b ad f quare ⁊ que h ad g erũt igitur d h g e ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ſimiliter ⁊ e k g b erũt ordinatim ꝯtinuo proportionales cuz igitur ex terminis ⁊ ex. 13. tertij e ⁊ b ſint ꝯtra ſe pmi erunt p. 7. quarti c k g b quatuor nũeri ordinatim continuo ꝓportionales in ſua ꝓportione mĩmi ergo per. 5. hui⁹ eorum duo extremi puta e ⁊ b erunt cubi ⁊ qꝛ ex terminis ⁊ ex. 13. tertij d ⁊ c ſunt ꝯtra ſe pmi p. 7. quarti d h g e erunt quatuor ordinatim continuo ꝓportionales in ſua ꝓportione mĩmi quare p. 5. huius ipſorum duo extremi puta d ⁊ e erunt cubi eſſent igit̃ b ⁊ c cubi quare p. 10. huius inter b ⁊ c mediarēt duo ꝓportiõales qđ eſt impoſſibile qꝛ ex terminis eoꝝ dĩa eſt vnitas nõ ergo poterit aliquis altera pte lõgior eſſe cubus quod eſt ꝓpoſitũ.

33. ❡ Quocumq; altera pte longiore dato contingit alium altera parte longiorem a b ipſo reperire cui⁹ ad illum datum ſit ea proportio que quadrati ad quadratum.
❡ Sit a altera parte longior datus ⁊ b maior nũerus ⁊ c minor eius later a ⁊ d duplus b ⁊ e duplus c cõſtat tunc dĩam d ad e eſſe binariũ quia p primum correlarium. 27. ſcdi illius ad dĩam b ad c que eſt vnitas eſt ea ꝓportio q̄ d ad b puta dupla ſit inſup f quadratus d ⁊ g ꝓximus quadratus aũ ipſuz ꝯſtat tunc latus g ſola vnitate eſſe minus latere f. Sit inſup h minor g vnitate ⁊ k ſit altera parte longior medius inter f ⁊ g tũc p. 29. huius dĩa f ad k eſt d ⁊ dĩa k ad g eſt lat⁹ g qđ probatũ eſt minus d ſola vnitate ⁊ cum dĩa k ad h ſola vnitate ſit maior dĩa k ad g puta p differentiam g ad h ſequitur ꝙ dĩa k ad h erit equalis dĩe f ad k vt puta d ⁊ p ꝯñs dĩa f ad h erit dupla ad d quare ex d in differentiam d ad e que eſt binarius fiet dĩa f ad h ⁊ cum ex d in ſe fiat f ⁊ p. 14. pmi ex d in e ⁊ ex d in dĩaz d ad e tm̄ fiet ſicut ex d in ſe ſeqtur ꝙ ex d in e fiet h reſidua pꝯ f ab illa dĩa f ad h duco igit̃ g in h ſola vnitate minorē ipſo ⁊ fiat l quē ꝯſtat ex terminis eſſe altera pte longiorē duco inſup b in h ⁊ fiat m ⁊ c in h ⁊ fiat n ⁊ c in g ⁊ fiat o. ❡ Dico ergo ꝙ l altera pte longioris ad a altera pte longiorem eſt ea proportio que quadrati ad quadratum. ❡ Ad quod clare oñdēdum dico primo ꝙ ꝓportio l ad m eſt que g ad b. Quia l fit ex g in h ⁊ m ex b in h ergo p. 21. ſcdi l ad m vt g ad b. ❡ Dico ſcdo ꝙ o ad a eſt que l ad m. Quia o fit ex e in g ⁊ a ex c in b ergo p. 15. ſcdi o ad a vt g ad b ⁊ ex ꝯñti p primum dictũ o ad a vt l ad m. ❡ Dico tertio ꝙ m ad n eſt que b ad c ⁊ n ad o que h ad g. Quia ex b in h fit m ⁊ ex c in h fit n ergo p. 21. ſcdi m ad n vt b ad c ⁊ qꝛ ex c in h fit n ⁊ ex c in g fit o p eandē ſcdi n ad o vt h ad g conſtat igitur totum dictũ. ❡ Dico quarto ꝙ f ad h eſt que b ad c. Quia ex ypotheſi d ad b eſt que e ad c ergo pmutatim d ad e eſt que b ad c ſed ex d in ſe fit f ⁊ ex d in e fit h vt ꝓbatuz eſt ergo f ad h que d ad e quare ⁊ que b ad c patz igitur dictũ. ❡ Dico quinto ꝙ f ad h eſt que m ad n. Quia ex tertio dicto m ad n eſt que b ad c ⁊ ex quarto f ad h que b ad c ergo f ad h que m ad n. ❡ Dico ſexto ꝙ f ad g eſt que m ad o. Quia ex pcedenti dicto f ad h que m ad n ⁊ ex ſcda pte tertij dicti h ad g que n ad o ergo per equam ꝓportionalitatē directam f ad g eſt que m ad o quod eſt propoſitũ dicti. ❡ Tunc ſic f ad g eſt que m ad o ex vltimo dicto ⁊ p. 6. huius inter f ⁊ g mediat vnus ꝓportionalis ergo p. 12. quarti inter m ⁊ o mediabit vnus qui ſit p erit itaq; p ad o q̄ m ad p ſed ex ſcdo dicto l ad m eſt que o ad a ergo per equã ꝓportionalitatem indirectã l ad p que p ad a capio ergo tres ordinatiꝫ ꝯtinuo ꝓportionales mĩnimos in ꝓportione l ad p qui ſit ordinatim q r ſ tunc p. 5. huius q ⁊ ſ erũt quadrati ⁊ quia proportio l ad p eſt que q ad r ⁊ p ad a que r ad ſ p equam proportionalitatem directam l ad a eſt que q quadrati ad ſ quadratum quod eſt propoſitum.

34 ❡ Si diſponantur numeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ab vnitate inchoando tertium ab vnitate quadratũ atq; vno intermiſſo tertiũ ſemper eſſe quadratũ q̄rtũ vero ab vnitate cubũ ⁊ duob⁹ intermiſſis quartum ſemper eſſe cubum ſeptimũ autem quadratum ſimul ⁊ cubuz atq; quinq; intermiſſis ſeptimum ſemper quadratum ſimul ⁊ cubum eſſe neceſſarium eſt.
❡ Sint a vnitas ⁊ b c d e f g h k l m n o p q ⁊ tot quot velis vltra ordinatĩ ꝯtinuo ꝓportionales. Tũc qꝛ a b c ſunt tres nũeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales in ſua proportione mĩmi p. 5. huius a ⁊ c ſunt quadrati ⁊ p. 18. huius e tertius poſt c erit quadratus ⁊ g terti⁹ poſt e ſimiliter ⁊ p eãdē k ⁊ m ⁊ o ſic

ꝯſr erunt omnes quadrati ⁊ q2 a b c d ſunt quattuor ꝯtinuo ꝓportionales in ſua ꝓportione mini per 5. huius a ⁊ d eoꝝ duo extremi erunt cubi ⁊ ꝑ. 19. huius g quart⁹ poſt e erit cubus qui ꝓbatus eſt q̄dratus ⁊ eſt ſeptimus poſt a ⁊ ꝑ eandē b quart⁹ poſt g erit cubus ⁊ o quart⁹ poſt b erit etiam cubus qui probatus eſt quadratus inter quem ⁊ g mediāt quinq3 illoꝝ. Et ſic ꝯſr ex eiſdem ꝯcluſionibus huius de alijs omnibus ſequentibus patet omnino eodem modo propoſitum.

35 ¶ Si fuerint quotcumq3 nūeri ordinatim ꝯtinuo proportionales ab vnitate inchoando quorum ſcd̄s ab vnitate fuerit quadratus omnes erunt quadrati. Et ſi idem fuerit cubus erunt ⁊ omnes cubi. Et ſi idem fuerit quadratus cubicus quilibet ſequens erit quadratus cubicus.

¶ Sint a vnitas ⁊ b c d e f g ⁊ tot quot vltra velis ordinatim continuo ꝓportionales. Tunc pat3 ꝓpoſitum q2 ꝑ ſcd̄m correlarium. 31. quarti b nūerat e per b ⁊ c nūerat d ꝑ b ⁊ d numerat e ꝑ b ⁊ ita deinceps quare ſi b ſit quadratus ꝑ eorrelarium. 22. huius c quadratus ⁊ ex ꝯñti ꝑ idem correlarium d erit quadratus ⁊ ita deinceps. Et ſi b ſit cubus ꝑ idem correlariū c erit cub⁹ ⁊ ex ꝯñti ꝑ idē d erit cubus ⁊ ita de alijs. Et ſi b ſit quadratus cubicus per ide3 c erit quadratus cubicus ſimiliter ⁊ d ⁊ ita deinceps pat3 igitur totum propoſitum.

36 ¶ Si duorum proximorum altera ꝑte longiorum vnus in alterum ducatur fiat altera parte longior.

¶ Sint a minor ⁊ b maior duo ꝓximi altera ꝑte lōgiores ⁊ ex a in b fiat c. Tūc dico q̄ c eſt altera ꝑte longior. Sint eīn d nūerus minor ⁊ e maior latera a ꝯſtat tunc ex. 5. correlario. 29. hui⁹ e eſſe minus latus b ⁊ etiam latus quadrati inter a ⁊ b in ſerie repti qui ſit g ⁊ f ſit reliquu3 latus b tunc ex terminis e eſt maior d vnitate quare e adequate reſultat ex d ⁊ vnitate ⁊ per idē f adequate reſultat ex e ⁊ vnitate ꝯſtat inſuꝑ ex. 29. huius dfam g ad a eſſe e ſimiliter ⁊ dfam g ad b. Quia igitur ex e in ſe fit g ⁊ ex e in d fit a ꝑ. 21. ſcd̄i ꝓportio g ad a eſt que e ad d ⁊ per eandem b ad g que f ad e addo ergo d ipſi a ⁊ totus ꝯpoſitus ſit h quē ꝯſtat eſſe minorem g ſola vnitate quia g ſupra a addit e maiorē d ſola vnitate vt ꝓbatum eſt ⁊ quia f adequate reſultat ex e ⁊ vnitate ꝑ. 16. primi ex f in d tm̄ fiet ſicut ex e in d ⁊ ex vnitate in d ſ3 ex e in d fit a ⁊ ex vnitate in d fit d ergo ex f in d fiet ꝯpoſitus ex a ⁊ d puta h qt igitur ex f in d fit h ⁊ ex e in d fit a ꝑ. 21. ſcd̄i ꝓportio h ad a eſt que f ad e ⁊ ex ꝯñti que b ad g ergo ꝑ. 42. ſcd̄i ex h in g tm̄ fiet ſicut ex a in b ⁊ ꝑ ꝯña ex h in g fit c ſed h ⁊ g probati ſunt ſola vnitate diſtare ergo ex terminis c eſt altera parte longior quod eſt propoſitum.

37 ¶ Si duo ꝓximi altera ꝑte lōgiores cū duplo q̄drati mediū inter eos ꝯiungātur ꝯpoſit⁹ ex ipſis erit q̄drat⁹ cui⁹ lat⁹ erit numer⁹ ꝯpoſitus ex minori latere minoris altera ꝑte lōgioris ⁊ ex maiori maioris.

¶ Sint a minor ⁊ b maior duo ꝓximi altera ꝑte longiores ⁊ c quadratus medius inter eos ⁊ d min⁹ ⁊ e maius latera a ⁊ e minus ⁊ f maius latera b. Tunc ꝑ. 5. correlarium. 29. hui⁹ e eſt latus c quadrati ⁊ ex terminis f ⁊ d erunt equidiſtātes ab e quia vtriuſq3 illorum ad e dfa eſt vnitas quare ꝑ. 5. pmi ꝯpoſitus ex d ⁊ f eſt duplus e. Dico igitur q̄ ꝯpoſitus ex a ⁊ b ⁊ ex duplo c eſt quadrat⁹ cui⁹ latus eſt ꝯpoſitus ex d ⁊ f. Qr ꝑ. 29. huius exceſſ⁹ c ſupra a eſt e ſimiliter ⁊ exceſſus b ſupra c quare ex terminis a ⁊ b ſunt equidiſtātes ab ipſo c ergo ꝑ. 5. pmi ꝯpoſitus ex a ⁊ b eſt duplus c addendo igitur illi duplum c fiet quadruplum ad c erit igitur ꝯpoſitus ex a ⁊ b ⁊ ex duplo c quadruplus ad c ſit ergo ille g quem ꝯſtat ꝓduci ex c quadrato multiplicato ꝑ numeru3 quaternariū qui quadratus eſt quare ꝑ. 22 huius g eſt quadratus. Et quia ꝑ. 7. huius ꝓportio g ad c eſt dupla ad ꝓportionē lateris g ad latus c ⁊ ꝓportio g ad c eſt quadrupla que eſt dupla duple lateris g ad latus c erit ꝓportio dupla ſed ꝓportio ꝯpoſiti ex d ⁊ f ad ipſum e lat⁹ c ꝓbata eſt dupla ergo ꝯpoſitus ex e ⁊ f ꝑ tertiu3 correlariū. 3. ſcd̄i eſt equalis lateri g ⁊ per ꝯñs eſt latus g ꝯſtat igitur totum propoſitum.

38 ¶ Si duo quadrati ꝓximi cum dupla altera ꝑte longioris medij inter ipſos ꝯiungātur ꝯpoſitus ex illis erit quadratus cuius latus erit numerus compoſitus ex lateribus illorum duorum quadratorum.

¶ Sint a ⁊ b duo quadrati ꝓximi ⁊ c altera ꝑte longior inter ipſos medius ⁊ d latus a ⁊ e latus b ⁊ f ꝯpoſitus ex a ⁊ b ⁊ duplo c ⁊ g ꝯpoſitus ex d ⁊ e. dico ergo q̄ f eſt quadratus cui⁹ lat⁹ eſt g. Quia per ſcd̄m correlarium. 29. huius d ⁊ e ſūt latera c quare ex d in e fit c ſimiliter ⁊ ex e in d cū ergo ex d in ſe fiat a ꝑ. 14. pmi ex d in g fiet totus a c ⁊ q2 ex e in d fit c ⁊ ex e in ſe fit b ꝑ. 14. pmi ex e in g fiet totus c b ſed ex. 15. primi ex g in ſe tm̄ fit ſicut ex d in g ⁊ ex e in g ergo ex g in ſe fiet ꝯpoſit⁹ ex toto a c ⁊ ex toto c b ſed ille eſt equalis f quia cōponitur ex a ⁊ b ⁊ ex c bis ſumpto qui eſt duplus c ergo ex g in ſe fit f quare ex terminis f eſt quadratus cuius latus eſt g quod eſt totum propoſitum.

39 ¶ Si vſq3 ad quoſcumq3 duos numeros ſola vnitate diſtātes oēs numeri ab vnitate choacerueſtur ꝯpoſitus ex omnibus erit quadratus latuſq3 ipſius erit choacervatorum maximus.

¶ Sit vnus ordo ſic ſumptus ꝯñs ab vnitate ſe3 a vnitas ⁊ b c d e ⁊ alius ſic a vnitas ⁊ b e d ita q̄ e ſola vnitate ſit maior d ⁊ ſit f quadratus e. Dico ergo q̄ f eſt ꝯpoſitus ex omnibus illis nūeris illoru3 duoꝝ ordinū. Sint eīn quadrati oēs añ f in ſerie iſti ſe3 a quadrat⁹ vnitatis qui eſt ipſamet vnitas et g quadratus b ⁊ h quadratus c ⁊ k quadratus d ⁊ altera ꝑte longiores inter iſtos quadratos ſint l inter a ⁊ g ⁊ m inter g et h et n inter h et k et o inter k et f tunc ꝑ. 29. huius dfa l ad a eſt a quare l ꝯponitur ex duobus a et per eandem dfa g ad l eſt b quare g ꝯponitur ex duobus a et ex b et per eandē differentia m ad g eſt b quare m ꝯponetur ex duobus a et ex duobus b et ꝑ eandē dfa h ad m eſt c/ ergo h ꝯponetur ex duobus a et ex duob⁹ b et ex c et ꝑ eandem dfa n ad h eſt c quare n ꝯponetur ex duob⁹ a et ex duob⁹ b et ex duobus c et ꝑ eandem dfa k ad n eſt d ergo k ꝯponetur ex duob⁹ a et ex duobus b, et ex duobus c et ex d et ꝑ eādem dfa o ad k eſt d ergo o ꝯponitur ex duobus a et ex duobus b et ex duobus c et ex duob⁹ d et quia ꝑ eandē dfa f ad o eſt e f adequate ꝯponetur ex duob⁹ a et ex duobus b et ex duobus c et ex duob⁹ d et ex e vñ conſtat ꝓpoſitum. Et ſi vſq3 ad duos ſola vnitate diſtantes alios q̄3 d et e ſumātur ſic duo ordines conſimilis eſt penitus demonſtratio propoſiti.

40. ¶ Si vſq; ad aliquem numerum ſumantur bis omnes ab vnitate compoſitus ex omnibus erit altera parte longior eritq; ille numerus vſq; ad quem ſumuntur minus latus illius.
¶ Sumantur bis omnes nũeri ab vnitate vſq; ad a. Dico ergo ꝙ ꝯpoſitus ex illis omnib⁹ erit altera pte longior cuius minus latus erit a. Sit em̃ b maior a vnitate tunc ex ꝓcedenti cõpoſitus ex illis omnibus ⁊ ex b eſt quadratus cuius latus eſt b ſit ergo e ille quadratus ⁊ d quadrat⁹ a ⁊ e altera pte longior medius inter c ⁊ d tunc per ſcd'm correlarium. 29. huius a erit minus latus e ⁊ b maius ⁊ e eſt proximus altera pte longior ꝓcedẽs c quia alias aliud ab illo mediaret inter d ⁊ c quod repugnat illi correlario cum ergo ex ypotheſi c adequate addat b vltra cõpoſitum ex illis omnibus bis ſũptis ⁊ ꝑ. 29. huius addat etiam b ſupra e erit cõpoſitus ex illis omnibus bis ſũptis equalis e altera parte longiori cuius a probatus eſt eſſe minus latus conſtat igitur propoſitum.

41 ¶ Si idem numerus fuerit quadratus ⁊ cubus latus eius in eo ꝙ cubus erit quadratum ⁊ latus ei⁹ in eo ꝙ quadratus erit cubus.
¶ Sit a quadratus ſimul ⁊ cub⁹ ⁊ b latus ei⁹ in eo ꝙ quadratus ⁊ c eius latus in eo ꝙ cubus. Tunc dico ꝙ b eſt cubus ⁊ c eſt quadrat⁹. Duco em̃ b in a ⁊ fiat d tunc ex terminis d eſt cub⁹ ⁊ qr per. 13. primi ex a in b fit d ex terminis a cubus nũerat d cubum ꝑ b ergo ꝑ. 21. huius b eſt cubus qd eſt primum ¶ Scd'm patz ſit e quadratus c qui ꝑ correlariũ. 15. huius eſt medius ꝓportionalis inter a ⁊ c erunt igitur a ⁊ c ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales quorum a primus eſt quadratus ergo per. 18. huius c tertius eſt quadratus quod eſt propoſitum.

Co. ¶ Ex pñti ꝯſtat ꝙ ſi aliquis nũerus in ſe ductus cubũ producat ille eſt cubus. Et ſi aliquis in ſuum quadratum ductus quadratũ fecerit ille erit quadratus. ¶ Primũ ptz qr tũc ille ꝓductus erit quadratus ⁊ cub⁹ cuius latus in eo ꝙ quadratus erit ille qui ductus in ſe illũ producit quo habito ex pñti ꝯſtat primum. ¶ Scd'm ptz quia ille ꝓductus erit etiã quadratus ⁊ cub⁹ ⁊ eius duo latera in eo ꝙ cub⁹ erũt ille q̃ multiplicat⁹ ꝑ ſuũ quadratũ ꝓducit illũ cũ ſuo quadrato quo hito ex pñti ꝯſtat ſcd'm

42. ¶ Si duo numeri fuerint quadrati ſimiliter ⁊ cubi medius ꝓportionalis inter ipſos ſecundum ꝓportionem laterum ipſorum in eo ꝙ quadrati erit cubus duorum aũt mediorũ proportionaliũ inter ipſos ſecundum ꝓportionem laterum ipſorum in eo ꝙ cubi vterq; erit quadratus.
¶ Sint a ⁊ b duo quadrati tunc ꝑ. 5. huius inter eos erit vn⁹ medius ꝓportionalis ſcd'm ꝓportionẽ laterũ ipſorũ in eo ꝙ quadrati qui ſit c ⁊ ꝑ. 10. huius inter eoſdẽ erunt duo medij ꝓportionales ſcd'm ꝓportionem laterũ ipſorum in eo ꝙ cubi qui ſint d ⁊ e ita ꝙ a d e b ſint ordinatim ꝯtinuo ꝓportiõales ſimiliter ⁊ b e d a. Dico ergo ꝙ c eſt cubus ⁊ d ⁊ e ſũt quadrati. Primũ ptz duco a in b ⁊ fiat f qui per 22. huius erit cub⁹ ⁊ qr a ad c eſt ea proportio que e ad b ꝑ pmũ correlariũ. 43. ſcdi ex c in ſe fiet f tm̃ ſcz ſicut ex a in b ergo ex terminis f eſt quadratus ⁊ c eius latus in eo ꝙ quadratus cum igit̃ f ꝓbat⁹ ſit etiã cub⁹ ex ꝓcedenti c eſt cubus qd eſt primũ. Et qr a d e ſunt tres numeri ordinatim ꝯtinuo proportionales ⁊ a prim⁹ eſt quadrat⁹ ꝑ. 19. hui⁹ e tertius eſt quadrat⁹ ⁊ qr etiã b e d ſũt tres nũeri ordinatim ꝯtinuo ꝯtinuo ꝓportionales ⁊ b pri⁹ eſt q̃drat⁹ ꝑ eãdẽ hui⁹ d terti⁹ erit q̃drat⁹ pz igr̃ ſecũdũ.

43 ¶ Quocunq; numero dato contingit duos quadratos cubicos reperire inter quos ſecundum illius numerum datum medij proportionales ſumantur.
¶ Quia quocunq; tali dato ſumã nũeros ordinati ꝯtinuo ꝓportionales ſcd'm nũeruz maiorem ipſo terminariu vt ſi ille datus fuerit quaternarius ſumã ſex ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ſcd'm ꝓportionem quã velis que ſint ordinatim a b c d e f quorũ cubi ſint iſti ordinatim g h k l m n qui ꝑ. 12. huius erunt ꝯtinuo ꝓportionales ducaturq; quilibz iſtoꝝ in ſe ⁊ fiant ordinatim o p q r s t qui ꝑ pmũ correlarium. 10. quinti erunt etiã ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ⁊ ex terminis quilibz iſtoꝝ erit quadratus ⁊ ꝑ. 22. h⁹ q̃libz eſt cub⁹. Dico igit̃ o ⁊ t eſſe duos quadratos cubicos quos querim⁹ qr vt ꝓbatũ eſt quilibz eoꝝ eſt quadrat⁹ ⁊ cub⁹ ⁊ inter eos mediãt p q r s q̃tuor nũeri ꝓportiones. Et ſi ſcd'm aliũ nũerũ datũ quicũq; fuerit iubeamur inuenire qd pñs pretendit ꝯſimiliter omnino ꝓcedendũ eſt

Co. ¶ Ex pñti ꝯſtat ꝙ quocunq; numero dato ꝯtingit duos quadratos cubicos reperire inter quos cadent medij ꝓportionales ſcd'm illum numerũ datũ quoꝝ quilibz erit quadratus ⁊ cub⁹ ſimul. ¶ Nã illi qui inuẽti ſunt in demõſtratione pñtis ꝓbati ſunt omnes quadrati ſimul ⁊ cubi ⁊ ita in alijs.

44 ¶ Quibuſcũq; numeris datis ꝯtingit duos quadratos cubicos reperire inter quos ſecundum quẽ libet illorum datoꝝ numeroꝝ medios in cõtinua proportionalitate ſumere ſit poſſibile.
¶ Hec de tribus numeris demõſtrabitur ⁊ ex ꝯſili de quotcũq; plurib⁹ apparebit eius demõſtratio Sint igit̃ a b c tres numeri quicũq; fuerint propoſitumq; ſit duos quadratos cubicos reperire inter quos poſſint ſumi medij ꝯtinuo ꝓportionales vno mõ ſcd'm a ⁊ alio ſcd'm b ⁊ alio ſcd'm c ⁊ ſit d maior a vnitate ⁊ e maior b vnitate ⁊ f maior c vnitate erit tunc quilibz iſtorũ d e f maior vnitate inuenio ergo ꝑ. 34. tertij minimũ quem nũerant d e ⁊ f ⁊ ſit g quadrat⁹ illius minimi erit tunc g maior illo minimo ⁊ ex ꝯſili maior quocũq; illorũ triũ d e f ⁊ qr minimus nũeratus ab illis tribus d e f numerat g ꝑ. 21. primi quilibz illoꝝ trium numerabit g quẽ numerẽt d ſcd'm h ⁊ e ſcd'm k ⁊ f ſecunduz l ⁊ qr quilibz iſtorum d e f ꝓbatus eſt maior vnitate per tertiũ correlarium. 13. primi quilibz illorũ h k l erit minor g ⁊ per pmum correlariũ. 13. primi h nũerat g ꝑ d ⁊ k numerat g ꝑ e ⁊ l numerat g ꝑ f. Inuenio ergo ꝑ ꝓcedentem duos quadratos cubicos qui ſint m ⁊ n inter quos inueniãtur medij ꝯtinuo ꝓportiõales ſcd'm numerũ minorem g ſola vnitate tunc ꝑ quintũ correlariũ. 12. quarti inter m ⁊ n reperientur adequate ꝓportiones equales ſcd'm numerũ g cũ igit̃ h ſit minor g ⁊ ex terminis totiẽs ſit in g quotiẽs vnitas in d ꝓportio adequate ꝯpoſita ex tot proportionib⁹ illaꝝ equaliuz repertarũ inter m ⁊ n quot ſũt vnitates in h erit minor cõpoſita ex illis omnibus ⁊ totiẽs adequate reperietur m ꝯpoſita ex illis omnib⁹ quotiẽs vnitas in d ⁊ ꝑ idem ꝓportio adequate ꝯpoſita ex tot illarũ quot ſunt vnitates in k/

erit minor cōpoſita ex illis oībus ⁊ totiens adequate in ꝯpoſite ex illis omnibꝰ quot ſūt vnitates in e ⁊ ꝯpoſita adequate ex tot illarū quot ſūt vnitates in l erit etiā minor ꝯpoſita ex illis oībꝰ ⁊ totiēs adequate in illas quotiēs vnitas in f. Diuidēdo ergo illas omnes equales repertas inter m ⁊ n per h ⁊ per k ⁊ per l ꝯſtat ꝙ proportio adequate ꝯpoſita ex tot illarū quot ſūt vnitates in h totiens adequate repetitur in ꝯpoſita ex illis omnibꝰ quotiēs vnitas in d ⁊ ꝓportio adequate ꝯpoſita ex tot illarū quot ſunt vnitates in k totiens adequate quotiens vnitas in e ⁊ ꝓportio adequate cōpoſita ex tot illarum quot ſūt vnitates in l totiens adequate quotiēs vnitas in f quare ꝑ octauū correlariū .12. quarti pluries repetitum inter m ⁊ n reperientur numeri proportionales medij ſcd̄m numerū minorem d ſola vnitate vt puta ſcd̄m a ⁊ hoc ſcd̄m ꝓportionem adequate ꝯpoſitam ex tot illarū quot ſūt vnitates in h ⁊ tot etiā inuenientur medij ꝓportionales inter eos quot ſunt vnitates in minori e ſola vnitate vt puta in b ⁊ hoc ſcd̄m ꝓportionem adequate ꝯpoſitam ex tot illarum quot ſunt vnitates in k ⁊ tot etiā quot ſūt vnitates in minori f ſola vnitate vt puta in c ⁊ hoc ſcd̄m ꝓportionem adequate ꝯpoſitam ex tot illarū quot ſūt vnitates in l vñ ꝯſtat propoſitū. Et ſi quotcūq̧ plures fuerint nūeri dati ꝯſimiliter omnino ꝓcedendum eſt inuento numero quem numerent omnes illi qui ſit quocunq̧ illorum maior ſimiliter ⁊ quocunq̧ illorum per quos illi numerant illum.

Co. ¶ Ex preſenti ꝯſtat ꝙ quibuſcūq̧ numeris datis cōtingit duos quadratos cubicos reperire inter quos ſecundum quemlibꝫ eorum datorum numerorum medios continuo proportionales ſumere ſit poſſibile quorum quilibet ſit quadratus cubicus.

45. ¶ Inter quoſcunq̧ duos ſimiles ſuperficiales inequales tertium in continua proportionalitate medium cadere neceſſe eſt.

¶ Sint a ⁊ b duo nūeri inequales ſimiles ſupficiales. Tunc dico ꝙ inter a ⁊ b cadit tertiꝰ in cōtinua ꝓportionalitate medius. Quia ex terminis inter latera a erit ea ꝓportio q̄ inter latera b. Sint ergo c ⁊ d latera a ⁊ e ⁊ f latera b ⁊ ꝓportio c ad d q̄ e ad f erit ꝑmutatim c ad e que d ad f. Duco ergo d in e ⁊ fiat g quem dico eſſe mediū ꝓportionale inter a ⁊ b. Quia ex terminis ex d in c fit a ⁊ ex f in e fit b et ex ypotheſi ex d in e fit g ergo ꝑ .21. ſcdi ꝓportio a ad g eſt que c ad e ⁊ g ad b q̄ d ad f cum igitur c ad e probata ſit q̄ d ad f erit a ad g q̄ g ad b vnde ex terminis conſtat propoſitum.

46. ¶ Si inter duos numeros tertius in continua proportionalitate ceciderit medius ipſos ſimiles ſuperficiales ſimiles eſſe oportet.

¶ Hec eſt cōuerſa ꝓcedentis. Sit igitur c mediꝰ ꝓportionalis inter a ⁊ b. Tūc dico ꝙ a ⁊ b ſūt ſimiles ſupficiales. Sint eiſ d ⁊ e minimi in ꝓportione a ad c ita ꝙ d ad e ſit q̄ a ad c tūc per .24. tertij d numerat a ⁊ c nūerat c equaliter ſit ergo ſcd̄m f ⁊ ꝑ eandem .24. tertij d nūerat c ⁊ e nūerat b equaliter ſit ergo ſcd̄m g erunt igitur ex terminis d ⁊ f latera ipſius a ⁊ e ⁊ g latera b quare a ⁊ b ſunt ſupficiales ⁊ quia ex ypotheſi ⁊ ex terminis ex d in f fit a ⁊ ex d in g fit c ꝑ .21. ſcdi proportio f ad g eſt que a ad c ⁊ per ꝯñs que d ad e ergo permutatim f vnius lateris a ad d reliquum latus eiuſdem eſt que e vnius lateris b ad g reliquum latus eiuſdem vnde ex terminis conſtat propoſitum.

1. Co. ¶ Ex p̄ſiti ꝯſtat ꝙ ſi fuerint tres numeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales duo extremi eorū erūt ſimiles ſupficiales. ¶ Hic tñ aduerte ꝙ in hijs ꝯcluſionibus ⁊ in ſequentibus ꝓcedimus ita de numero ſollido ⁊ ſupficiali vt quilibet ſollidus ſimul ⁊ ſupficialis dicatur alias enī non omnes ꝯcluſiones haberēt verum ſicut ponūtur ſꝫ in multis oporteret hāc ꝑticulam ſubintelligere ſcꝫ ſi tales numeri ſint ſuperficiales ⁊ facile poteſt apparere intelligenti aliquid in quibus particula illa eſſet addēda ⁊ in quibus non eſſet neceſſaria propterea illud cauſa breuitatis relinquam.

2. co ¶ Patꝫ vltra ꝙ quicūq̧ duo quadrati ſūt ſimiles ſupficiales. ¶ Hoc ptꝫ ex p̄ſiti cū adiutorio .6. hꝰ.

47 ¶ Si duo numeri fuerint ſimiles ſuperficiales inequales erit ꝓportio vnius ad alterū ſicut quadrati ad quadratum. Et ſi duorum numerorum inequalium vnius ad alterum fuerit ea ꝓportio que quadrati ad quadratum illi ſunt ſimiles ſuperficiales.

¶ Primum patꝫ. Sint a ⁊ b duo ſimiles ſupficiales inequales. Tunc dico ꝙ ꝓportio a ad b eſt que quadrati ad quadratum. Quia ꝑ antꝑcedentē inter a ⁊ b eſt vnus medius in cōtinua ꝓportionalitate qui ſit c ⁊ inuenio ꝑ .9. quarti tres ordinatim cōtinuo ꝓportionales minimos in ꝓportione a ad c qui ſint ordinatim d e f erit tunc a ad c que d ad e ⁊ c ad b que e ad f ergo ꝑ equā ꝓportionalitatem directam a ad c que d ad f cūꝫ igitur ꝑ .5. huius d ⁊ f ſint quadrati ꝯſtat propoſitū p̄mi. ¶ Scd̄m ptꝫ ſit a ad b q̄ c quadrati ad d quadratum. Tūc dico ꝙ a ⁊ b ſūt ſimiles ſupficiales. Quia ꝑ .6. huius inter c ⁊ d eſt vnus medius ꝓportionalis ergo per .12. quarti inter a ⁊ b erit etiam vnus quare per antepreccedentē a ⁊ b ſunt ſimiles ſuperficiales quod eſt propoſitum.

1. co. ¶ Ex p̄ſiti ꝯſtat ꝙ nulla poteſt eſſe ꝓportio inter aliquos duos ſimiles ſuperficiales quin eius medietas in numeris reperiatur. ¶ Quia ex preſenti quelibꝫ talis eſt ea que quadrati ad quadratum quo habito ex correlario .6. huius conſtat propoſitum.

2. co ¶ Patet vltra ꝙ nulli duo nūeri ſunt ſimiles ſupficiales quorū vnus eſt quadratꝰ ⁊ alius non quadratus. ¶ Quia tunc ex p̄ſiti quadrati illorū duorum ad alterū qui eſſet nō quadratus eſſet ea ꝓportio que quadrati ad quadratum quod repugnat .24. huius. Sed cubus ⁊ nō cubus bene poſſunt eſſe ſimiles ſuperficiales patet in hijs .8. et .18.

48. ¶ Si duorū numerorū inequaliū ſimilium ſuperficialiū vnus in alterum ducatur numerus quadratꝰ producetur. Et ſi ex ductu duorum numerorum inequalium vnius in alterū producatur quadratus erunt illi duo ſimiles ſuperficiales.

¶ Primū ptꝫ qꝛ tunc ꝑ .45. huius inter illos duos cadet mediꝰ in ꝯtinua ꝓportionalitate ergo per primū correlariū .43. ſcdi ꝓductus ex vno illorū in reliquū erit equalis illi qui fiet ex illo medio in ſe

ducto ⁊ ꝑ ꝯñs ex terminis erit quadratus illiꝰ mediũ vñ ꝯſtat primũ. ¶ Secõm pꝫ qꝛ tũc ꝑ demõſtra tionē .48. ſcḋi inter illos duos cadet medius in ꝯtinua ꝓportionalitate ergo per .46. huius illi erũt ſimiles ſuperficiales quod eſt ſecundum.

49. ¶ Si duo numeri inequales duos ſimiles ſuperficiales maioꝛ maiorem ⁊ minoꝛ minorem equaliter numerent erũt ⁊ illi ſimiles ſupficiales. Et ſi duo numeri a duobus ſimilibus ſuperficialibus inequalibus maioꝛ a maioꝛi ⁊ minoꝛ a minoꝛi equaliter nũerentur illi ſũt ſimiles ſuperficiales.

¶ Primum pꝫ quia per primum correlarium .21. ſecundi proportio maioris ad minorem illoꝝ numerantium erit que maioris ad minorem illorum ſimilium ſuperficialium numeratorum cum igitur ꝑ .45. huius inter illos duos ſuperficiales cadat medius i ꝯtinua ꝓportionalitate per .12. quarti inter illos duos nũerantes cadet etiam mediꝰ in ꝯtinua ꝓportionalitate ergo ꝑ .46. huius illi ſunt ſimiles ſupficiales quod eſt primũ. ¶ Secḋm pꝫ quia per idem correlariũ .21. ſcḋi maioris ad minorem illorum ſuperficialiũ numerantiũ erit ea ꝓportio q̄ maioris ad minorem illoꝝ numeratoꝝ cũ igitur per 45. huiꝰ inter illos duos ſuperficiales numerantes cadat vnꝰ medius in continua proportionalitate per .12. quarti inter illos numeratos cadet etiam vnꝰ ergo per .46. huius illi numerati erunt ſimiles ſuperficiales quod eſt ſecundum.

Co. ¶ Ex pñti ꝯſtat ꝙ ſi duo nũeri fuerint ſimiles ſuperficiales inequales minimi in proportione illorum erũt ſimiles ſupficiales. Et econuerſo. Et ex ꝯñti ſi inter duos nũeros inequales fuerit ea ꝓportio q̄ inter duos ſimiles ſupficiales illi erunt ſimiles ſuperficiales. Hec omnia manifeſte ex preſenti ⁊ ex .24. tertij ſequuntur.

50 ¶ Si duoꝝ nũeroꝝ q̄libet alicui tertio fuerit ſimilis ſupficialis erũt ⁊ illi īter ſe ſimiles ſupficiales.

¶ Sint a ⁊ c ſimiles ſupficiales ſimiliter b ⁊ c. Tunc dico ꝙ a ⁊ b ſũt ſimiles ſupficiales. Si eñ c ſit equalis alicui illoꝝ notũ eſt ꝓpoſitũ. Similiter ⁊ ſi a ſit equalis b. Si aũt omnes ſint inequales illud pꝫ. Quia ꝑ .45. huius inter a ⁊ c erit vnus mediꝰ proportionalis q̄ ſit d ⁊ ꝑ eandem inter b ⁊ c erit alius q̄ ſit e erit ergo vnus ordo numeroꝝ ꝯtinuo proportionaliũ ab ipſo c vſq̧ ad a ⁊ alius ab eodē c vſq̧ ad b totidem ꝯtinuo proportionaliũ quare ꝑ .18. quarti inter a ⁊ b mediabit vnus ꝓportionalis quemadmodũ inter c ⁊ a ergo ꝑ .46. huius a ⁊ b ſũt ſimiles ſupficiales quod eſt propoſitum.

51 ¶ Quibuſcũq̧ duobus ſupficialibus datis cuiuſlibet lateris vnius illorum ad quodlibet latꝰ alterius eſt ea ꝓportio que illius ſuperficialis ad aliquem numerum cuius ad alterum eſt que reliqui lateris eiuſdem ad reliquum latus alterius.

¶ Hec eſt in valore .9. quinti ⁊ omnino eodem modo demonſtrari debet.

52 ¶ Notis ꝓportionibus duorum laterum vnius ſuperficialis ad duo latera alterius contingit illoꝝ ſuperficialium proportiones inuenire.

¶ Cõtinuentur eñ qualitercũq̧ libeat q̄cũq̧ due ꝓportiones quarũ vna eſt vniꝰ lateris vniꝰ illoꝝ ad vnũ alteriꝰ ⁊ alia eſt q̄ reliq̄ ad reliquũ ⁊ ꝓportio extremoꝝ talis ꝯtinuatiõis erit ꝓportio illorum ſupficialiũ. Hoc ex p̄cedenti ⁊ ex equa proportionalitate directa manifeſtiſſime conſtat.

53 ¶ Quibuſcumq̧ tribus numeris datis ⁊ quocumq̧ illorum in alterum ducto ⁊ reliquo in productũ ducto continuo idem ſollidus prouenict.

¶ Sint a b c tres nũeri quicũq̧ fuerint. Dico ergo q̄ ſiue a ducatur in productũ ex b in c ſiue b in productũ ex a in c ſiue c in productũ ex a in b ꝯtinuo idem ſollidꝰ ꝓueniet. Quia per .45. primi continuo idem numerus ꝓuenet q̄ ex terminis erit ſollidus ergo ꝯtinuo idē ſollidꝰ ꝓueniet qḋ eſt propoſitũ.

54 ¶ Quibuſcũq̧ duobus ſollidis datis ⁊ cuiuſcũq̧ illoꝝ tribꝰ lateribꝰ vt libeat ordinatim ꝯtingit reperire duos nũeros ⁊ vnius illoꝝ ſollidoꝝ ad primũ illoꝝ reptorum erit ea ꝓportio q̄ primi lateris ſui ad primũ alterius ⁊ illius primi repti ad ſecundum repertum que ſecundi lateris ad ſecundum latus ⁊ illius ſecundi reperti ad alterum ſollidum que tertij lateris ad alterum latus.

¶ Sit a nũerus ſollidus ⁊ eius latera ſint b primũ c ſcḋm ⁊ d tertiũ ſitq̧ e alius ſollidꝰ cuius latera ſint f primũ g ſcḋm ⁊ h tertiũ. Tunc dico ꝙ cõtingit duos numeros inuenire ⁊ ꝓportio a ad primũ illorum erit que b ad f ⁊ primi ad ſcḋm q̄ c ad g ⁊ ſcḋi ad e que d ad h duco eñ b i c ⁊ fiat k ⁊ f in g ⁊ fiat l tunc ex terminis eũ adiutorio p̄cedentis ex d in k fiet a ⁊ ex h in l fiet e ⁊ ꝑ .9. quinti k ad aliquem numeꝝ eſt ea ꝓportio q̄ b ad f ⁊ illius ad l q̄ c ad g ſit ergo ille m duco inſup d in l ⁊ fiat n qꝛ igitur ex d in k fit a ⁊ ex d in l fit n ꝑ .21. ſcḋi ꝓportio a ad n eſt que k ad l ⁊ quia ex d in l fit n ⁊ ex h in idē l fit e ꝑ eandem ſcḋi n ad e eſt q̄ d ad h inuenio ergo ꝑ .7. quinti tres minimos in ꝯtinuatione ꝓportionum k ad m ⁊ m ad l q̄ ſint o p q ita ꝙ o ad p ſit que k ad m ⁊ p ad q que m ad l tũc ꝑ .24. tertij o numerat k ⁊ p numerat m ⁊ q nũerat l equaliter cũ igiť k numerat a ꝑ .21. primi o numerat a ſit ergo ſecḋm r ⁊ duco p in r ⁊ fiat s ⁊ q in idē r ⁊ fiat t. Dico ergo ꝙ ſ ⁊ t ſũt duo numeri q̄ſiti. Quia eñ ex o in r fit a ⁊ ex p in r fit ſ ꝑ .21. ſcḋi ꝓportio a ad ſ eſt q̄ o ad p quare ⁊ que k ad m ⁊ ꝑ ꝯñs que b ad f ⁊ qꝛ ex p in r fit ſ ⁊ ex q in r fit t ꝑ eandem ſcḋi proportio ſ ad t eſt q̄ p ad q quare ⁊ q̄ m ad l ⁊ ex ꝯñti q̄ c ad g erit igiť a ad ſ que k ad m ⁊ ſ ad t que m ad l ergo ꝑ equam ꝓportionalitatem directam a ad t que k ad l ſed a ad n ꝓbata eſt que k ad l ergo a ad t eſt que a ad n ergo ꝑ tertium .3. ſcḋi t eſt equalis n ſed proportio n ad e ꝓbata eſt que g ad h ergo ꝑ .2. ſcḋi t ad e eſt que g ad h eſt igiť a ad ſ que b ad f ⁊ ſ ad t q̄ c ad g ⁊ t ad e q̄ d ad h pꝫ igiť propoſitũ. Et ſi quocũq̧ alio modo diſponanť latera cõſimiliter omnino procedit demonſtratio. ¶ Hic tñ aduerte ꝙ aliqui hanc ꝯcluſionem ponũt ſub hijs ꝟbis. Omniũ duoꝝ ſollidorum ꝓportio eſt ex lateꝝ vnius ad altera alteriꝰ ꝓducta ꝓportionibus hoc eſt compoſita. Sed qꝛ ſecḋm imaginationem quã inſequimur de ꝯpoſitione proportionũ non vniuerſaliť haberet ꝟum propterea ſic poſita eſt concluſio ⁊ demõſtrata. Sꝫ vbi ꝓportiones lateꝝ ad latera oēs eſſēt eiuſdem rõnis inter ſe ꝓportio ſollidi ad ſollidum adequate componitur ex talibus tribus proportionibus.

Co. ¶ Ex p̄nti ꝯſtat ꝙ inter quoſcumq̄ duos ſollidos reperiunt̄ q̄cumq̄ tres ꝓportiones ꝯtinuate que ꝓueniunt ex ꝯparatione trium laterum vni⁹ illoꝝ ſollidorum ad tria alterius ⁊ ex ꝯſtitis ꝯparent̄ tria vnius ad tria alterius qualitercūq̄ hoc fiat ⁊ tres ꝓportiōes ꝓueniētes ꝯtinuēt̄ q̄litercūq̄ ꝯtinuēt̄ tales tres ꝓportiōes ꝓportio extremoꝝ talis ꝯtinuatiōis ꝯtinuo erit ea q̄ illoꝝ ſollidoꝝ. ¶ Primū ex p̄nti euidenter ꝯſtat. Scḋm aūt ex p̄nti cum adiutorio .25. quinti notiſſimum euadit.

55 ¶ Quibuſcūq̄ tribus numeris datis ipſiſq̄ ⁊ alijs b quibuſcumq̄ tribus ſimiliter ⁊ proportionib⁹ illorum trium ad alios tres notis ſollidi primorum trium ſimiliter ⁊ ſollidi aliorum ſumam ꝓportionemq̄ illorum ſollidorum contingit reperire.

¶ Quia ducto quocūq̄ primorū trium in productū ex alijs duob⁹ eorūdem ꝑ añprecedentē fiet ſollidus illorum triū ⁊ per eandē quocumq̄ alioꝝ ducto in ꝓductum ex alijs duobus eorumdē fiet ſollidus illoꝝ facta igitur talib⁹ multiplicationib⁹ euadet nota ſūma illoꝝ ſollidoꝝ. Et ꝯtinuatis tribus ꝓportionibus illoꝝ triū ad alios tres qualitercūq̄ l beat ꝑ correlariū p̄cedentis ꝓportio extremoꝝ talis cōtinuationis erit ꝓportio ſollidorum illorum facta igitur tali continuatione illarum proportionum ſollidorum illorum proportio euadet nota vnde totum conſtat propoſitum.

56 ¶ Inter quoſcūq̄ duos ſimiles ſollidos inequales mediant duo numeri in cōtinua proportionalitate ſecundum proportionem vnius lateris vnius illorum ad aliquod alterius.

¶ Sint a ⁊ b duo ſimiles ſollidi ꝯſtat tunc ex terminis ꝙ ꝯtinget tria latera a ⁊ tria latera b ita diſponere ꝙ p̄mi lateris a ad ſcḋz ipſius erit ea ꝓportio q̄ primi b ad ſcḋm b ⁊ ſcḋi a ad tertium a q̄ ſcḋi b ad tertium b. Sint ergo c d e tria latera a ⁊ f g h tria b ⁊ ſit ꝓportio c ad d que f ad g ⁊ d ad e que g ad h erit tunc ꝑmutatim c ad f que d ad g ⁊ d ad g q̄ e ad h dico ergo ꝙ inter a ⁊ b mediāt duo in cōtinua ꝓportionalitate ſcḋm proportionē c ad f quia ꝑ añprecedētem ꝯtinget reperire duos numeros ⁊ proportio a ad primū illorū erit que c ad f ⁊ p̄mi ad ſcḋm q̄ g ad d ⁊ ſcḋi ad b que e ad h ſint ergo illi k primus ⁊ l ſcḋs erit tunc a ad k que c ad f ⁊ k ad l que d ad g ⁊ l ad b que e ad h cuz igitur ꝓportio c ad f probata ſit q̄ d ad g ſimiliter ⁊ e ad h q̄ d ad g erit a ad k que k ad b ⁊ k ad l que l ad b ⁊ ꝑ ꝯñs inter a ⁊ b mediant duo puta k ⁊ l in cōtinua ꝓportionalitate ſcḋm ꝓportionem c ad f quod eſt propoſitum.

Co. ¶ Ex p̄nti cū adiutorio .27. diffinitionis .2. cōſtat ꝙ ſi fuerint duo ſimiles ſollidi inequales ꝓportio maioris ad minorē erit tripla ad ꝓportionē lateris ſui ad lat⁹ alteri⁹ ſcḋm quā duo ꝓportionales medij in continua ꝓportionalitate inter ipſos reperiūtur minoris autem ad maiorem ſubtripla.

57 ¶ Si duo ſimiles ſollidi inequales duos quoſcumq̄ numeros maior maiorez ⁊ minor minorē equaliter numerent erunt illi numerati ſimiles ſollidi.

¶ Sint a ⁊ b duo ſimiles ſollidi inequales ⁊ a nūeret d ⁊ b nūeret e equaliter vt puta ſcḋm c. Tunc dico ꝙ d ⁊ e ſūt ſimiles ſollidi capio eīn latera a ⁊ latera b eo ordine q̄ ſūt ꝓportionalia ⁊ latera a ſint f g h ⁊ latera b ſint k l m ita ꝙ ꝓportio f ad g ſit q̄ k ad l ⁊ g ad h q̄ l ad m erit tunc ꝑmutatim f ad k q̄ g ad l ⁊ que h ad m. Duco ergo f in g ⁊ fiat n ⁊ k in l ⁊ fiat o tūc ex terminis cum adiutorio .53. huius fiet ex h in n ⁊ ex m in o fiet b quare ex terminis cū adiutorio .13. p̄mi n numerat a ſcḋm h ſed a numerat d ſcḋm c ergo ꝑ .22. primi n nūerat d ꝑ ꝓductum ex c in h q̄ ſit p ergo ex terminis d fiet ex n in p ⁊ ex ꝯſtitis ꝑ .13. p̄mi d fiet ex p in n ꝓductum ex f in g ergo ex terminis d erit ſollid⁹ ⁊ eius latera erunt p f g ⁊ q̄r ex m in o fit b vt ꝓbatum eſt ⁊ alternatum ꝑ .13. p̄mi fit etiaz ex o in m ex terminis o nūerat b ꝑ m ſz b numerat e ꝑ c ergo ꝑ .21. p̄mi o numerat e ꝑ ꝓductum ex c in m qui ſit q. Tūc ꝑ primū correlarium .13. p̄mi q numerabit e ꝑ o quare ex terminis ex q in o productuz ex k in l fiet e ergo ex terminis e eſt ſollidus ⁊ q k l ei⁹ latera. Et q̄r ex c in h fit p ⁊ ex c in m fit q ꝑ .21. ſcḋi ꝓportio p ad q eſt que h ad m quare ⁊ q̄ f ad k ergo ꝑmutatim p ad f q̄ q ad k cuz igit̄ ex ẏpotheſi f ad g ſit q̄ k ad l erūt p q g qui ꝓbati ſunt latera d ſollidi ⁊ q k l qui ꝓbati ſunt latera e ſollidi latera ꝓportionalia ad ſenſum diffinitionis ſimilium ſollidorum ergo ex terminis d ⁊ e ſunt ſimiles ſollidi quod eſt propoſitum.

58 ¶ Si fuerint quattuor nūeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales eorum duo extremi erūt ſimiles ſollidi.

¶ Hec eſt ꝯuerſa añprecedentis ſint igit̄ a b c d ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales. Tunc dico ꝙ a ⁊ d eorū duo extremi ſunt ſimiles ſollidi. Sint eīn f g h k quattuor nūeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales in in proportione a ad b tunc per .5. huius e ⁊ h erunt cubi ⁊ per ꝯñs ſunt ſimiles ſollidi quia ex terminis tria latera e ſunt equalia inter ſe ſimiliter ⁊ tria latera h cum igitur per .25. tertij e numerat a ⁊ h numerat d equaliter per precedentem a ⁊ d ſunt ſimiles ſollidi quod eſt propoſitum.

Co. ¶ Ex preſenti conſtat ꝙ ſi inter duos numeros ceciderint duo medij in continua ꝓportionalitate illi ſunt ſimiles ſollidi. Et ex conſequenti quicumq̄ duo cubi ſunt ſimiles ſollidi. ¶ Eadem eſt demōſtratio primi cum demonſtratione precedentis. Et ſcḋm in forma probatur in demonſtratione preſentis.

59 ¶ Si duo numeri inequales duos ſimiles ſollidos maior maiorem ⁊ minor minorem equaliter numerent erunt ⁊ illi ſimiles ſollidi.

¶ Quia ꝑ primū correlariū .21. ſcḋi maioris illorū nūerantiū ad minorē erit ea ꝓportio q̄ maioris illoꝝ ſollidoꝝ ad minorē cū igit̄ ꝑ .56. hui⁹ inter illos duos ſollidos cadant duo medij ꝓportionales ꝑ .12. quarti inter illos nūerātes illos cadent etiā duo medij ꝓportiōales ergo ꝑ correlariū p̄cedētis illi duo numerātes erunt ſimiles ſollidi qḋ eſt ꝓpoſitū. ¶ Hic tñ aduerte ꝙ cū in hijs ꝯcluſionib⁹ fit mētio ꝙ iter alias cadāt duo medij proportionales intelligitur ad hunc ſenſum ꝙ ſecundum aliquam recetam ꝓportionem cadāt duo inter illos ⁊ non plures ſecundum eandem.

60 ¶ Omnium duoꝝ ſimiliū ſollidorū inequalium ꝓportio vnius ad alterum eſt tanq̄ ꝓportio cubi ad cubū. Et ſi alicui⁹ nūeri ad alteꝝ inequalē ſibi fuerit ea ꝓportio q̄ cubi ad cubū illi ſūt ſimiles ſollidi.

¶ Primū p3 ſint a b duo ſimiles ſollidi inequales. Tūc dico ꝙ ꝓportio a ad b eſt tāq̄ ꝓportio cubi ad cubum. Nā ꝑ .56. huius inter a ⁊ b cadūt duo medij in ꝯtinua ꝓportionalitate qui ſint d ⁊ c ita ꝙ

a ad d ſit ꝙ d ad c ⁊ d ad e que e ad b. Sint ergo e f g h quattuor numeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales minimi in proportione a ad d tunc ꝑ equā proportionalitatē directā ꝓportio a ad b erit que e ad h cum igitur ꝑ.5. huiꝰ e ⁊ h ſint cubi erit ꝓportio a ad b ꝙ e cubi ad h cubū patʒ igitur primum. ❡ Secūdum patʒ ſit a ad b inequalem ipſi ea proportio ꝙ e cubi ad d cubum. Tunc dico ꝙ a ⁊ b ſunt ſimiles ſolidi. Mi per primā ſcḋi e ⁊ d erunt inequales quare ꝑ.10. huius inter e ⁊ d cadunt duo medij ꝓportionales ergo ꝑ.12. quarti inter a ⁊ b cadēt etiā duo ergo ꝑ correlariū añ ꝓcedēns a ⁊ b ſūt ſimiles ſolidi.

1.co. ❡ Ex pñti ꝯſtat ꝙ nulli duo ſūt ſimiles ſolidi quoꝝ vnꝰ eſt cubꝰ ⁊ alius nō cubꝰ. ❡ Mi tunc ex pñti illius cubi illoꝝ ad alteꝝ qui nō eſt cubꝰ eſſet ea ꝓportio ꝙ cubi ad cubuʒ quod repugnat.24. huius.

2.co ❡ Patet vltra ꝙ non poteſt eſſe aliqua proportio inter aliquos duos ſimiles ſolidos quin illa habeat tertiam partem in numeris reperibilem. ❡ Quia per preſentem quelibet talis proportio erit ea ꝙ cubi ad cubum quo habito ex correlario.10. huius conſtat propoſitum.

61 ❡ Si duorum ſolidorum quilibet alicui tertio fuerit ſimilis ſolidus illi erūt ſimiles ſolidi inter ſe.

❡ Sint a ⁊ c duo ſimiles ſolidi ſimiliter ⁊ b ⁊ c. Tūc dico ꝙ a ⁊ b ſūt ſimiles ſolidi. Si eīn c ſit equalis a aut b aut a ſit equalis b tūc notiſſimū eſt propoſitū patʒ igitur illud vb. oēs illi ſūt inequales. Mi ꝑ.56. huius inter a ⁊ c mediant duo in ꝯtinua proportionalitate ſimiliter ⁊ inter b ⁊ c erit igitur vnus ordo nūerorum ꝯtinuo proportionalium ab ipſo c vſqꝫ ad a ⁊ alius ab ipſo c vſqꝫ ad b totidem ꝯtinuo proportionaliū cum igitur inter c ⁊ a in primo ordine medient duo in continua proportionalitate ſimiliter ⁊ inter c ⁊ b in ſecundo per.18. quarti inter a ⁊ b mediabunt etiam duo ergo per correlarium.58. huius a ⁊ b erunt ſimiles ſolidi quod eſt propoſitum.

62 ❡ Si fuerint quattuor numeri ordinatim continuo proportionales ⁊ duorum extremorum ipſorum ꝙlibet in quadratum alterius extremi ducatur fient cubi duorum mediorum.

❡ Sint a b c d quattuor numeri ordinatim cōtinuo ꝓportionales quoꝝ a ſit maximus ⁊ ſit e quadratum a ⁊ f quadratū d ⁊ ex d in e fiat g ⁊ ex a in f fiat h. Dico ergo ꝙ g ⁊ h ſunt cubi b ⁊ c. Duco eīn b in ſe ⁊ fiat k erit tunc k quadratus minꝰ e quadrato ergo ꝑ.7. huiꝰ ꝓportio e ad k eſt dupla ad ꝓportionem a lateris e ad b latus k ſed ꝑ.27. diffinitionem ſcḋi ꝓportio a ad c eſt duplʒ ad proportionē a ad b ergo proportio e ad k eſt que a ad c ⁊ quia a ad b eſt ꝙ c ad d ꝑmutatiʒ a ad c eſt ꝙ b ad d ergo e ad k eſt que b ad d quare ꝑmutatim e ad b que k ad d ergo ꝑ.43. ſcḋi ex e in d tm̄ fiet ſicut ex b in k: ergo ꝑ.13. primi ex d in e tm̄ ſicut ex b in k ſʒ ex terminis ex b in k fit cubus b ergo ꝓductus ex d in e qui eſt g eſt cubꝰ b. Duco igitur inſuꝑ c in ſe ⁊ fiat l erit tūc l quadratū maius ⁊ f quadratū minus ergo per.7. huiꝰ proportio l ad f eſt dupla ad ꝓportionem c lateris l ad d latus f cū igitur ꝑ.27. diffinitionem ſcḋi ꝓportio b ad d ſit eideʒ dupla erit proportio l ad f ꝙ b ad d quare ⁊ ꝙ a ad c ergo ꝑmutatim l ad a que f ad c quare ꝑ.43. ſcḋ. ex l in c tm̄ fiet ſicut ex a in f ⁊ ex ꝯñti ꝑ.13. primi ex c in l tm̄ ſicut ex a in f ſed ex terminis ex c in l fit quadratus c ergo productus ex a in f qui eſt h cubus c ſūt igitur g ⁊ h cubi b ⁊ c quod eſt propoſitum.

Co. ❡ Ex pñti ꝯſtat ꝙ ſi fuerint quattuor numeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ex primo in quadratū vltimi fiet cubꝰ tertij ⁊ ex vltimo in q̄dratū pmi fiet cubꝰ ſcḋi. ❡ Hoc oino eodē mō i q̄buſcūqꝫ pōt ꝓbari ſicut oſſum eſt in demōſtratione pñtis ꝙ ex a in quadratū d fit cubus c ⁊ ex d in a fit cubus b.

❡ Sexti Elementorum Arithmetices Gaſparis Lax finis.

❡ Septimi Elementorum Arithmetices Gaſparis Lax.

❡ Diffinitiones.

Numerorum quidam par et quidam impar.

1 ❡ Numerus par eſt qui in duo equa diuidi poteſt.

2 ❡ Impar vero eſt qui nō poteſt in duo equa diuidi additqꝫ ſupra parē ſolā vnitatē

3. ❡ Pariū nūerorum q̄dā eſt pariter par alius pariter impar ⁊ alius impariter par.

4 ❡ Numerus pariter par eſt quem nullus impar preter vnitatem numerat.

5 ❡ Numerus pariter impar eſt quem aliquis par per imparem preter vnitatem nūerat: nullus par per parem ipſum numerat.

6 ❡ Numerus aūt impariter par eſt quē aliquis par ꝑ parē nūerat ⁊ aliq̄s par ꝑ imparē ꝑter vnitatē.

7. ❡ Numerorum quidam eſt perfectus alius eſt abundans alius autem diminutus.

8 ❡ Numerus perfectus eſt qui ex omnibus ſuis partibꝰ aliquotis ſimul ſumptis adequate reſultat.

❡ Numerus abundans eſt quem compoſitus ex omnibus ſuis partibus ſimul ſumptis exuperat.

❡ Nūerus diminutꝰ eſt q̄ eſt maior ꝯpoſito ex oībꝰ ſuis ꝑtibꝰ aliq̄tis ſimul ſūptis vel ſua ꝑte aliq̄ta

❡ Circa diuiſionē poſitā aduerte ꝙ poteſt illa ꝓcedere de numero prout ꝯprehendit vnitatē ⁊ tunc ſub numero impari vnitas deberet ꝯprehendi ⁊ ita ꝓcedendo diffinitio ſcḋa ſic ſūpta non eſſet ſufficiens ſʒ oporteret aliter ipſam dare vel aliquid in ea ſubintelligere ſicut ſtatim dicetur poteſt etiam procedere capiendo numerum prout diſtinguitur contra vnitatem ⁊ tunc diffinitiones erunt ſufficiētes. ❡ Prima diffinitio manifeſta eſt nec aliquid difficultatis circa ipſum emergit.

❡ Circa ſcḋam diffinitionē aduerte ꝙ capiendo numeꝝ imparem ꝓut ad vnitatē ſe extendit diffinitio illa eſſet inſufficiens ſed ſemota vltima ꝑticula reſiduū eſſet ſufficiens diffinitio illius. Poſſet tñ ſubintelligi in illa iſta ꝑticula ſeʒ vel eſt ipſamet vnitas. Cōmuniter tñ ſic datur diffinitio ſicut data eſt. Hoc tñ non obſtante ſub nūero impari in ſequētibus loqutionibꝰ vnitas ꝯprehendetur capiendo tñ illū terminū ꝓut nō ꝯprehendit vnitatem diffinitio illa ſufficiēs eſt. Occurrit tñ parua difficultas quare vltima ꝑticula addatur q̄ reſiduū videt̄ eſſe ſufficiēs diffinitio eius ſubintelligendo in ipſa h̄

Co. ¶ Ex preſenti conſtat ꝙ ſi quotcunqꝫ fractiones cum integro aut integris quocunqꝫ ordine ꝑ ſeipſa multiplicentur continuo vltimo ꝓductum erit idem. Sumptis enim numeratoribus illarum ⁊ nūero aut numeris illius integri vel illorum integrorum eo ordine quo vis illa ꝑ ſe multiplicare ⁊ ſumptis denominatoribus illarum fractionum eo ordine quo illa ſumūtur ex tertio correlario anteꝓcedentis cum adiutorio correlarij ꝓcedentis fractio vltimo ꝓducta ex talibus multiplicationibus erit fractio cuius denominator erit vltimo ꝓductus ex illis denominatoribus eo ordine quo diſpoſiti ſunt per ſe multiplicatis ⁊ numerator erit ꝓductus ex illis numeratoribus cum numero vel numeris illius integri vel illorum per ſe illo ordine quo diſpoſiti ſunt multiplicatis. Et ita ſi quocunqꝫ alio ordine velles ꝑ ſe multiplicare quo habito ex.46.primi ſequitur ꝙ continuo vltime fractionis producte idem erit numerator ⁊ idem denominator quo habito conſtat propoſitum.

¶ Si aliquid ducatur in aliquod integrum aut in fractionē illi equalē illud non creſcet nec decreſcet
18 per talem multiplicationem. Et ſi ducatur in maius integro creſcet ⁊ ſi in minus decreſcet.

¶ Hoc ideo eſt qꝛ per tertiam diffinitionem ꝓducti ad illud multiplicatum erit ea proportio que illiꝰ per quod multiplicatur ad vnum integrum ſi igitur illud per quod multiplicatur ſit equale integro ꝑ primam ſecundi ꝓductum erit equale illi multiplicato ⁊ per conſequens per talem multiplicationem non creſcet aut decreſcet ⁊ ſi multiplicans fuerit maius integro ꝑ eādem ꝓductum erit maius; multiplicato ⁊ ꝑ ꝯñs ꝑ talem multiplicationem creſceret. Et ſi multiplicans ſit minus integro ꝑ eandem ꝓductum erit minus illo multiplicato quare ꝑ talem multiplicationē illď decreſceret ptꝫ igiť ꝓpoſitū.

Co. ¶ Ex pñti conſtat non eſſe verum vniuerſaliter id quod communiter ſolet dici vꝫ ꝙ omnis fractio ducta in fractionem decreſcit vbi enim fractio in quam ducentur eſſet equalis integro aut illo maior non eſſet illud verum.

19 ¶ Quamlibet fractionem que non refertur ad vnum integrum contingit ad aliquam fractionem relatam ad integrum reducere.

¶ Sit a fractio dicta ꝑ reſpectum ad b quod non ſit integrum ſed ſit integra aut fractio dicta per reſpectum ad integrum ⁊ ſit c ꝯſimilis fractio ſicut a relata ad d integrum ⁊ ex a in b fiat e fractio quā conſtat referri ad integrum. Dico ergo ꝙ a fractio reducitur ad e fractionem relatam ad integrum. Quia ex ſecundo correlario prime huius ꝓportio a ad b eſt que c ad d ⁊ quia ꝑ.12.huius e ſit ex b in a ꝑ tertiam diffinitionem ⁊ eius expoſitionem ꝓportio e ad b eſt que ſimilis fractiōis ipſi a relate ad vnum integrum ad illud integrum ⁊ ꝑ ꝯñs que c ad d quare ⁊ que a ad b ergo ꝑ.3.correlariū.3.ſcdi a ⁊ e ſunt equalia vnde ꝯſtat ꝓpoſitum. Et ſi ponať b nō eſſe integra nec fractionem relatā ad integrū ſit tunc f ad quod referatur b quod ſi ſit integra aut fractio ad integrum relata reducam vt ſtatim b ad fractionem ad integrum relatam que ſit g ⁊ tunc referam a fractionē ad g ⁊ erit eadem cum a relata ad b ex quo b eſt g ⁊ reducam tunc a relatam ad g ſicut ſtatim ad vnā fractionem ad integrū relatam que ſit h ⁊ illa erit queſita hoc apparet ex ſtatim demonſtrato. Et ſi f nō eſſet integra aut fractio ad integrum relata cum ita procedendo tandem oporteat deuenire ad integra aut ad fractionem ad integrum relatam conſimiliter procedatur ab vltimis inchoando. Et ſi forte in tali proceſſu deueniatur ad compoſitum ex integro vel integris cum fractione vel fractionibus ad integrum vel integra relatis facile etiam poterit conſtare propoſitum. Quia multiplicando illud quod refertur ad illud ꝑ illud proueniet fractio ad integrum relata ⁊ hoc apparet ſi illud quod fertur ad illud vltimum ad quod deuentum eſt multiplicetur per quodlibet illorum ſeorſum ex quibus reſultat illud vltimum quia continuo proueniet fractio ad integrum relata ⁊ per.14.huius compoſitū ex omnibus inde ꝓductis quod erit fractio ad illud integrum relata fiet ex ductu illius in illud vltimum quo habito procedendo ſicut ſtatim factum eſt conſtabit propoſitum.

20 ¶ Quotcūqꝫ fractiones quarum nō quelibꝫ ad integrum refertur ad vnam fractionem ad integrū relatam contingit reducere. Similiter ⁊ quotcunqꝫ tales fractiones cū integro vel integris ad vnā fractionem ad integrum relatam contingit reducere.

¶ Nā ſi talia occurrāt taliter reducēda reducā primo ꝑ ꝓcedentē quālibet fractionē ibi repertam que non refertur ad integrum ad vnam fractionem relatam ad integrum ⁊ illā capiam loco illius cū alijs ⁊ tunc reducam omnia illa ad vnam fractionem relatam ad integrum ⁊ ad illam reducentur omnia illa que primo occurrebant reducenda.

21 ¶ Si pars aliquota alicuius ducatur in numerum denominantem ipſam producetur equale illi cuiꝰ illa eſt pars aliquota.

¶ Sit a pars aliquota b denominata ſecundum c ⁊ ex a in c fiat d. Tunc dico ꝙ d eſt equale b. Quia ex diffinitione multiplicationis d ad a erit que c ad vnitatem ſed b ad a eſt etiā que c ad vnitatē ergo d ad a eſt que c ad a ergo per correlarium.6.ſecundi d eſt equale b quod eſt propoſitum.

Co. ¶ Ex pñti ꝯſtat ꝙ ſi quotcūqꝫ ſimiles ꝑtes aliquote alicuiꝰ ducāť in denoiatorem illaꝝ ꝓducentur tot equalia illi quot ſunt ille partes aliquote. Quia ex preſenti ex qualibet illarum in illum numerum fiet vnum equale illi cum igiť ꝑ.13. huius quod fit ex ductu illarum ſimul in illum numerum ſit equale compoſito ex hijs que fiunt ex illis omnibus ſeorſum in eundem numerum ex illis ſimul in illum fient tot equalia illi quot ſunt ille partes.

22 ¶ Si pars aliquota alicuius ducatur in numerum multiplicem ad ſuum denominatorem producentur plura equalia illi cuius eſt pars aliquota.

¶ Sit a ꝑs aliquota b denominata ſcḋm c ⁊ ducaꝛ in d numerū multiplicem ad c ⁊ fiat e. Tunc dico ꝙ e eſt plura equalia ipſi b. Quia ex.3.diffinitione ꝓportio e ad a eſt que d ad vnitatē ſed a ad b eſt ꝗ vnitatis ad c ergo ꝑ equam ꝓportionalitatem directā e ad b eſt que d ad c ſed d eſt multiplex c ergo e eſt multiplex ad b ⁊ per conſequens e eſt plura equalia b quod eſt propoſitum.

Co. ¶ Ex p̄miſſi conſtat ꝙ ſi quotcunqꝫ ſimiles ꝑtes aliquote alicuius ducantur in numerum multiplicem ad denominatorem illarum ꝓducentur plura equalia illi cuius ſunt ille ꝑtes aliquote. ¶ Hoc eodem modo deducitur ex p̄miſſi ſicut correlarium precedentis ex ipſa deductum eſt.

23 ¶ Si pars aliquota alicuius ducatur in ꝑtem aliquotam ſui denominatoris quod producetur erit tota pars aliquota illius cuius illa eſt ꝑs aliquota quota ille multiplicās erit illius denominatoris.

¶ Sit a ꝑs aliquota b denominata ſcḋm c ⁊ ſit d ꝑs aliquota c ⁊ ex a in d fiat e. Tunc dico ꝙ e eſt ꝑs aliquota b. Quia ex.3.diffinitione ꝓportio e ad a eſt que d ad vnitatem cum igitur a ad b ſit que vnitatis ad c ꝑ equam ꝓportionalitatem directam e ad b eſt que d ad c ſed d eſt pars aliquota c ergo e ē tota pars aliquota b quod eſt propoſitum.

Co. ¶ Ex p̄miſſi ꝯſtat ꝙ ſi quotcunqꝫ ſimiles ꝑtes aliquote alicuius ducanꝛ in ꝑtem aliquotam ſui denominatoris quod ꝓducetur erit tot ꝑtes equales eiuſdem quot ſunt ille quaꝝ quelibet erit tota ꝑs aliquota illius quota multiplicans eſt denominatoris. Hoc eodem modo deducatur ex p̄ſenti ſicut correlaria precedentium ex ipſis deducuntur.

24. ¶ Si pars aliquota alicuius ducaꝛ in numeꝝ minorē ſuo denoīatore ꝗ nō eſt illius ꝑs aliquota quod ꝓducetur erit minus illo ⁊ ꝑtes aliquote eiuſdē ex quibus nō fiet vna pars aliquota eiuſdem.

¶ Sit a ꝑs aliquota b denominata ſcḋm c ⁊ ducaꝛ in d minorē c qui nō ſit ꝑs aliquota c ⁊ fiat e. Tūc dico ꝙ e eſt min⁹ b ⁊ aliquot ſimiles ꝑtes aliquote b ex quibus nō adequate fit vna ꝑs aliquota b. Nā ex.3.diffinitione ꝓportio e ad a eſt que d ad vnitatem ſed a ad b eſt que vnitatis ad c ergo ꝑ equaꝫ ꝓportionalitatem directam e ad b eſt que d ad c ſed d eſt minus c ⁊ ex ypotheſi adiuuāte prima primi d eſt partes aliquote c ⁊ non pars aliquota c ergo per primuꝫ correlariū prime ſecundi adiuuante.55. ſuppoſitione ſecundi e erit minus c ⁊ partes aliquote c ex quibus non fiet vna.

5 ¶ Si pars aliquota alicuius ducaꝛ in numeꝝ aliquē vniuerſaliter inde ꝓducti ad illud cuius illa eſt pars aliquota erit ea ꝓportio ꝗ multiplicantis ad denominantem illam ꝑtem aliquotam.

¶ Sit a ꝑs aliquota b denoīata ſcḋm c ⁊ ducaꝛ in d numeꝝ ⁊ fiat e. Tunc dico ꝙ proportio e ad b eſt que d ad c. Quia ꝑ.3.diffinitionem ꝓportio e ad a eſt que d ad vnitateꝫ ſed a ad b eſt que vnitatis ad c ergo ꝑ equam ꝓportionalitatem directam proportio e ad b eſt que d ad c quod eſt ꝓpoſitum.

1.co. ¶ Ex p̄miſſi conſtat ꝙ ſi pars aliquota alicuius ducatur in numerū maiorem ſuo denominatore qui nō eſt multiplex ad ſuum denominatorem quod producetur erit maius illo ⁊ non erit multiplex ad illud.

¶ Quia ex preſenti illius ꝓducti ad illud cuius illa eſt pars aliquota erit ea ꝓportio que illius multiplicantis ad illum denominatorem vnde ſatis conſtat propoſitum.

2.co ¶ Patet vltra ꝙ ſi ꝑs aliquota alicui⁹ ducaꝛ in aliquē numeꝝ multiplicē ad denoīatorē ꝓductū idē erit eque multiplex ad illō cuius illa eſt pars aliquota. Et ſi in ſubmultiplicē erit eque ſubmultiplex.

26 ¶ Si pars aliquota a binario denomiata ducaꝛ in numeꝝ maiorē vnitate qđ ꝓduceꝛ erit equale aut equalia illi cuius illa eſt ꝑs aliquota aut equale aut equalia cū tota ꝑte aliquota eiuſdē quota eſt illa.

¶ Sit a ꝑs aliquota b denominata ſcḋm c binarium que ducaꝛ in d maiorem vnitate ⁊ fiat e. Tunc dico ꝙ e eſt equale b aut plura equalia b adequate aut eſt equale aut equalia b cum ꝑte aliquota eius denominata ſcḋm c. Nā ꝑ p̄cedentem ꝓportio e ad b eſt que d ad c binariuꝫ ſi igiꝛ d ſit equale c ꝑ.2. correlarium prime ſcḋi e eſt equale b ⁊ ſi d ſit par maior c ꝑ primā.7.adiuuante.12.petitione c eſt ꝑs aliquota d quare ꝑ.55.ſuppoſitione ſecundi b erit ꝑs aliquota e ⁊ ꝑ ꝯñs e erit plura equalia b ⁊ ſi d non ſit par erit tunc impar maior vnitate ſit ergo f ꝓximus par infra ip̄m d conſtat tunc ꝑ ſtatim demonſtratā ex a in f fieri aliquid quod eſt equale b aut equalia b quod ſit g cum igitur ex a in vnitatem fiat a ⁊ ꝑ.2.14.primi ex a in d fiat equale compoſito ex productis ex a in f ⁊ ex a in vnitateꝫ ſequitur ꝙ e erit equale compoſito ex g ⁊ a vnde conſtat propoſitum.

27 ¶ Si aliquot ſimiles ꝑtes aliquote alicuius ꝗ ſunt minus illo ⁊ non vna ꝑs aliquota ip̄ius ducāꝛ in numeꝝ binariū qđ ꝓueniet nō erit equale illi cui⁹ ille ſunt tales ꝑtes aliquote nec aliqua equalia illi.

¶ Sunt a aliquot ſimiles ꝑtes aliquote b ex quibus nō fiat vna aliquota b ⁊ ducanꝛ in c binarium et fiat d. Tunc dico ꝙ d nō eſt equale b neqꝫ equalia ipſi b. Nā ex.3.diffinitione ꝓportio d ad a eſt que c ad vnitatem ſed ꝓportio c ad vnitatem eſt dupla ergo ꝓportio d ad a eſt dupla ſi igitur d ſit equale b eſſet a medietas b quod repugnat ypotheſi. Et ſi d ſit plura equalia b eſſet a equale b aut eo maius quod repugnat ypotheſi non eſt igitur d equale ipſi b aut equalia ip̄i b quod eſt ꝓpoſitum.

28 ¶ Quibuſcunqꝫ duabus fractionibus ad integrū relatis ꝓpoſitis quamlibet earum ad vnam fractionem ad idē integrū relatā cuius nūerator a nūeratore alterius ⁊ denoīator a denoīatore nūeranꝛ.

¶ Quod hec ꝓponit deſeruit ad practicam diuiſionis in hijs fractionib⁹. Unde licet ꝗlibet fractio ꝑ quālibet aliam poſſit diuidi ſicut apparebit nō tñ immediate ꝗlibet ꝑ quālibet diuidi poteſt ⁊ hoc cōtingit qñ numerator illius diuidende nō numeraꝛ a numeratore alterius aut denominator non numeratur a denominatore. Sit igiꝛ a fractio ad integrum relata cuius nūerator ſit b ⁊ denomiator c ⁊ ſit d alia fractio ad idem integrū relata cuius nūerator ſit e ⁊ denominator f. Tunc dico ꝙ quālibet illarum ꝯtingit ad vnā fractionem ad idem integrū relatā reducere cuius numerator a numeratore alterius ⁊ denominator a denominatore numerabunꝛ ad quod faciendum inueniā aliquē numeꝝ numero

tum ab illis numeratoribus ⁊ denominatoribus illaꝝ qui ſit g ⁊ ſi velim reducere a fractionem vt pñs ꝓponit ducam g in b ⁊ fiat h ⁊ in c ⁊ fiat k tunc ꝑ .21. ſcḋi ꝓportio h ad k erit que b ad c ſit ergo l fractio ad idem integrū relata ad quod fertur a cuius numerator ſit h ⁊ denominator k tunc ꝑ correlarium .2. huius l fractio erit equalis a ſimpliciter. Dico igitur ꝙ a reducitur ad l fractionē cuius numerator a numeratore d ⁊ denominator a denominatore nūerantur. Nā ex ypotheſi e numerat g ⁊ f etiā cum igitur ex terminis ⁊ ex ypotheſi g numerat h ſimiliter ⁊ k ꝑ .21. ꝑmi e numerabit h ⁊ f numerabit k cū igitur a ⁊ l ꝓbata ſint equalia ſimpliciter a reducetur ad l fractionem vt preſens proponit. Et ſi velis reducere d proportionabiliter ꝓcede patet igitur totum propoſitum.

Co. ¶ Ex pñti ꝯſtat ꝙ quibuſcumqꝫ duabus fractionibus ad idem relatis ſignatis contingit quamlibet earum ad aliquam fractionem ad idem relatam reducere cuius numerator a numeratore alterius et denominator a denominatore nūerenẗ. Ad hoc faciēdum eodem modo ꝓcedendum eſt ſicut in pñti.

29 ¶ Quibuſcumqꝫ duobus ꝓpoſitis quorum quodlibet ad fractionem ad integrū relatam poteſt reduci contingit illa ad duas fractiones ad idem integrum relatas reducere ⁊ numerator fractionis vnius illorum quod libet a numeratore alterius ⁊ denominator a denominatore numerabuntur.

¶ Quibuſcūqꝫ eñ talibus duobus datis reducātur primo illa ad fractiones ad idē integrū relatas poſtea reduc illā illaꝝ fractionum quā velis ꝑ ꝓcedentem ad vnam fractionē ad integrū relatā cuius numerator a nūeratore alterius ⁊ denominator a denominatore numerenẗ ⁊ habebis qḋ ꝓtendis.

30 ¶ Si duarum fractionū ad idem relatarum nūerator vnius a numeratore alterius ⁊ denoīator a denominatore numerēturpoterit illa fractio imediate ꝑ aliam diuidi eritqꝫ qḋ ex tali diuiſione ꝓueniet fractio cuius nūerator erit nūerus ꝑ quē numerator illius a numeratore alterius numeratur ⁊ denominator erit ille ꝑ quem denominator illius a denominatore alterius numeratur.

¶ Sit a fractio cuius numerator ſit b ⁊ denoīator c ⁊ ſit d alia fractio ad idem relata cuius nūerator ſit e ⁊ denominator f ⁊ e nūeret b ꝑ g ⁊ f numeret c ꝑ h ⁊ ſit k fractio ad idem relata cuius numerator ſit g ⁊ denominator ſit h. Tūc dico ꝙ a fractio poteſt imediate diuidi ꝑ d ⁊ qḋ ex tali diuiſione ꝓueniet erit k fractio. ¶ Quia ex multiplicatione k fractionis ꝑ d fractionem ꝑ tertiuꝫ correlarium .15. huius ꝓueniet a fractio ex quo oēs iſte fractiones ad idem referunẗ ⁊ ex terminis adiuuante primo correlario .13. ꝑmi ex nūeratore k in numeratorem d ſit numerator a ⁊ ex denoīatore k in denoīatoreꝫ d denominator a ergo ꝑ .4. diffinitionem a fractio diuideẗ ꝑ d ⁊ ex tali diuiſione ꝓueniet k.

Co. ¶ Ex pñti ꝯſtat qualiter vna fractio debeat ꝑ aliā diuidi ſi immediate poſſit ꝑ illam diuidi. Oportet eñ tunc ꝙ ille ad idem referātur ⁊ ꝙ numerator illius a numeratore alterius ⁊ denoīator a denominatore numerentur quo habito diuide numeratorē illius ꝑ numeratorē alterius ⁊ denominatorē ꝑ denominatorem ⁊ cape fractionē cuius nūerator ſit ille qui ꝓuenit ex diuiſione numeratoris ꝑ numeratorem ⁊ denominator ille qui prouenit ex diuiſione denoīatoris ꝑ denominatorem ⁊ illa erit fractio ex tali diuiſione prouenient.

31. ¶ Quibuſcumqꝫ duobus ꝓpoſitis quorum quodlibet ad vnam fractionem ad integrum relatam reduci poteſt quodlibet illorum ꝑ alterum ſaltem mediate contingit diuidere.

¶ Quia ſi illa duo fuerint fractiones ad idem integrū relate reduc ꝑ .28. huius illā illarum quam vis diuidere ꝑ aliam ad fractionem ad idē integrum relatā cuius numerator a numeratore alterius ⁊ denominator a denominatore numerenẗ quo facto diuide ꝑ correlarium ꝓcedentis illā ad quam facta ē reductio ꝑ aliam ⁊ habebis quod ꝓtendis. Si autem illa duo non ſint fractiones ad integrum relate reduc quodlibet illorum ad fractionem ad integrum relatam quo facto procede vt ſtatim tactuꝫ eſt ⁊ habebis quod pretendis.

32 ¶ Si duo in idem ducantur erit eadem ꝓportio ꝓductorum que multiplicatorum. Et ſi idem in duo ducatur erit eadem proportio productorum que multiplicantium.

¶ Hec eſt ſimilis .21. ſcḋi ꝯmunior tñ eo ꝙ ad quālibet multiplicationē ſe extendit ideo aliter demōſtranda eſt. Ducaẗ igiẗ a in c ⁊ fiat d ⁊ ducatur b in idem c ⁊ fiat e. Tunc dico ꝙ d ad e eſt ea ꝓportio que a ad b. Quia ꝑ .3. diffinitionem ꝓportio d ad a eſt que c ad vnum ⁊ e ad b ſimiliẗ eſt que c ad vnuꝫ ergo d ad a eſt que e ad b quare ꝑmutatim d ad e eſt que a ad b quod eſt ꝓpoſitum ꝑme ꝑtis. ¶ Secunda vero patet ducatur a in b ⁊ fiat d ⁊ in c ⁊ fiat e. Tunc dico ꝙ ꝓportio d ad e eſt que b ad c quia ꝑ .12. huius ex b in a fiet d ⁊ ex c in ideꝫ a fiet e ergo ꝑ ꝑmam ꝑtem pñtis proportio d ad e eſt que b ad c quod eſt ꝓpoſitum ſcḋe ꝑtis. ¶ Hic tñ aduerte ꝙ nō oportet ſi duo diuerſarum rationum in idem ducantur ꝙ ꝓportio ꝓductorum ſit que multiplicatorū maxime ſi talia non ſunt comparabilia nec ꝓbatio preſentis in talibus locum habet ex quo ex ꝑmutata ꝓportionalitate fundamentaliter procedit.

¶ Ex pñti ꝯſtat ꝙ ſi quotcumqꝫ ordinatim ꝯtinuo ꝓportionalia in idem ducanẗ que ꝓducenẗ erunt
Co. ordinatim ꝯtinuo ꝓportionalia ſecundum eandem proportionem. Et ſi idem in quotcumqꝫ ordinatim continuo proportionalia ducatur que producentur erunt etiam ordinatim continuo ꝓportionalia ſecundum eandem proportionem. Hoc manifeſte conſtat ex preſenti.

¶ Producti ex duobus ad vtrumqꝫ illorum eſt ꝓportio a reliquo denominata. Et ſi proportio vnius
33. ad alterum fuerit ab aliquo denominata illud fiet ex ductu illius ꝯſtis ⁊ denominantis vnius in alteꝝ.

¶ Pro iſta ꝯcluſione hoc vnū ſupponendū eſt ꝙ cuiuſcūqꝫ fractionis ad aliquod relate ꝓportio ad illud eſt ab illa fractione denominata. Si eñ illa fractio ſit minor illo cum ſit ꝑs aliquota vel ꝑtes aliquote illius denominatio ꝓportionis illius ad illud erit ipſamet quēadmodum de ꝓportione minoris numeri ad maiorem dictum eſt in expoſitione vndecime diffinitionis ſcḋi. Si aūt illa fractio ſit maior illo tunc illa fractio erit plura equalia illi aut equale vel equalia illi cum ꝑte aliquota vel ꝑtibus aliquotis illius ⁊ tunc denoīatio illius fractionis ad illud erit plura equalia illi aut vnū equale vel plura equa

lia illi cum pte aliquota vel ptibus aliquotis ex quibus adequate reſultat pportionabiliter ſicut de denominatione pportionis maioris numeri ad minorem dictum eſt in loco allegato. Et ſi fractio illa fuerit equalis illi denominatio pportionis ad illud erit etiam illamet ex quo illa fractio eſt illud vnum ad quod refertur z denoiatio pportionis equalitatis dr vnum. Verū eſt tn̄ q ubi talis fractio eſt minor illo denominatio illius ad illud eſt ipſamet ſcdm q eſt tota ps aliquota vel tot z tote ptes aliquote illius. Et ſi equalis illi ſecundum q eſt illud vnū ad quod refertur z ſi maior ſcdm q eſt plura equalia illi aut vnum vel plura z tota ps aliquota illius aut tot z tote ptes aliquote illius. Patet ergo q cuiuſcumq fractionis ad aliquod relate pportio ad illud denominat ab illa fractiōe ſaltem ſcdm denominationem quā habet ad illud ad quod refert z hoc ſufficit pposito. Et p idez ſi fuerint quecūq duo quorum quodlibet poteſt reduci ad fractionem aliquam ad idem relatam ad quod poteſt referri fractio ad quā poteſt reduci aliud cuiuſlibet illoz ad alterum pportio eſt ab ipſo denominata ſaltem ſcdm denominationem quā habet in ordine ad aliud vt puta ſcdm q eſt equale illi aut minus illo z tota ps aliquota aut tot ſimiles ptes aliquote illius aut ſcdm q eſt maius illo z plura equalia illi aut equale aut equalia illi z tota ps aliquota aut tot ſimiles ptes aliquote illius qz neceſſarium eſt ſi talia duo ad tales fractiones reduci poſſint q illa ambo ſint ꝯmenſurabilia illi ad quod referentur ille ambe fractiones z ex ꝯñti p.11.8. illa erūt ꝯmenſurabilia inter ſe z ex ꝯñti neceſſarium erit q qūlibet illorum in ordine ad aliud aliquo iſtorū minorum ſe habeat. Hec omnia ſupponenda ſūt, tāq nota pro demonſtratione pñtis z aliarū ꝯcluſionem ſequentium. ¶ Hijs igitur ſuppoſitis ad ppoſiti demonſtrationem deueniamus cuius prima ps ſic demōſtratur. Sit a pductum ex b in c. Tunc dico q proportio a ad b denominatur ſcdm c z pportio a ad c denominatur ſcdm b. Primū ptz. Qz ex.3. diffinitione pportio a ad b eſt que c ad vnum ſed pportio c ad vnū denominatur ſcdm c ergo pportio a ad b denominatur ſcdm c quod eſt primuū. Scdm ptz qz per.12. huius a ſit ex c in b ergo ex.3. diffinitione pportio a ad c eſt que b ad vnum ſed pportio b ad vnuz denominatur ſcdm b ergo pportio a ad c denominat ſcdm b quod eſt ſcdm. ¶ Scda pars demonſtrat ſit pportio a ad b denominata ſcdm c. Tunc dico q a ſit ex b in c ſimiliter z ex c in b. Qz per primā ptem pñtis producti ex b in c ad b eſt pportio denominata ſecundum c ſed pportio a ad b eſt taliter denominata ergo a eſt tale pductum ex b in c z ex conſequenti p.12. huius a ſiet etiam ex c in b patet igitur propoſitum ſecunde partis.

¶ Ex pñti ꝯſtat q ſi pportio primi ad ſcdm fuerit a tertio denominata pportio primi ad tertiū erit a
1.co. ſecundo denominata. ¶ Tunc enī ex ſecunda parte preſentis illud primum ſiet ex ſecundo in tertiuz ergo per primā ptem pñtis proportio primi ad tertium erit a ſecundo denominata.

2.co ¶ Patet vltra q ſi ſecūdum alterz duorum numerorū ſumātur ptes aliquote alicuius a reliquo denominate pportio illius numeratoris ad illū denominatorem erit ſimilis pportioni denominate ab illis ptibus aliquotis. Quia p.4. cor relarū prime huius pportio illius numeratoris ad illū denominatorem eſt que illarū oīm ptium aliquotarum ad illud cuius ſunt tales ptes aliquote modo pportio illarum ad illud denominatur ab illis ergo proportio numeratoris ad denominatorem erit ſimilis pportioni denominate ab illis partibus aliquotis.

¶ Omnis pportio ex duabus adequate compoſita ex ductu vnius illarum in reliquam producitur.
14. ¶ Hanc ꝯcluſionem pono ſub hac forma qz ita ſolet poni ſed non aliud ſibi vult q hoc ſcz q cuiuſcūq pportionis adequate ex duabus cōpoſite denominatio ex ductu denominationis vnius illarū ex quibus ꝯponitur in denominationē alterius pducitur. Qz ducere pportionem aliquā in aliam nō aliud eſt q ducere denominationē illius in denominationē alterius. Et ex ꝯñti pportionem aliquā produci ex aliquibus nō aliud erit q denominationē illius pduci ex denominationibus illarū. ¶ Sit igr pportio a ad c adequate ꝯpoſita ex pportionibus a ad b z b ad c z eius denominatio ſit d z denominatio pportionis a ad b ſit e z denominatio pportionis b ad c ſit f. Tunc dico q d pducit ex e in f. Qz enī pportio a ad c denomiatur ſecundū d p pcedentem ex d in c ſit a z p idem ex f in c ſit b ergo p.32. huius pportio a ad b eſt que d ad f ſed e eſt denominās pportionem a ad b ergo e eſt denominās pportionem d ad f ergo p pcedentem d ſiet ex e in f ſimiliter z ex f in e quod eſt propoſitum.

1.co. ¶ Ex pñti ꝯſtat q ſi pportio aliqua ex quotcumq pportionibus adequate reſultet denominatio illius ex denominationibus illaz oīm in ſe ductis pducitur. ¶ Qz ſi denominatio prime illarū in denominationē ſcde ducatur z denominatio pducta in denominationem tertie z ita deinceps vſq ad vltimā denominatio vltimo pducta erit denominatio totius ꝯpoſite ex oib' illis qz ex pñti plures ſūpta primum pductum erit denominatio compoſite ex primis duabus z ſcdm erit denominatio compoſite ex illa compoſita z ex tertia z ita deinceps.

¶ Patet vltra q ſi inter extrema alicuius pportionis reperiātur due proportiones aut plures p
2.co pprie vel improprie ꝯtinuate denominatio illius pportionis ex denominationib' oīm illarum in ſe ductis pducitur. Eadem eſt penitus demonſtratio ſicut ſi illa proportio illorum extremorum ex illis omnibus adequate componeretur z idem omnino proceſſus.

¶ Si denominatio alicuius pportionis ex duabus denominationib' duaruz pportionum pducatur
15 āntis illius ad aliquem terminum erit vna illarum pportionum qcumq fuerit z illi' ad ꝯñs reliqua.
¶ Sit a pportio cuius denominatio ſiat ex denominatione b in denominatione c. Tunc dico q āntis a ad aliquem terminū eſt b pportio z illius ad ꝯñs a eſt c pportio. Similiter āntis a ad aliquem eſt c pportio z illius ad ꝯñs a eſt b pportio. Primū patz ptinuo b z c pportiones in hijs terminis d e f ſiue pprie ſiue improprie ita q d ad e ſit b pportio z e ad f ſit c. Tūc p ſcdm correlarium pcedentis denominatio pportionis d ad f ſit ex denominationibus illaz duarū ſcz d ad e z e ad f quaz vna eſt b et altera c in ſe ductis ſed ex ypotheſi denominatio a pportionis ſit etiam ex illis denominationib' in ſe

ductis ergo d ad f eſt a ꝓportio vñ ↄ̄ſtat primum. Scḋm eodem modo oĩno ↄ̄ſtat ↄ̄tinuando illas ꝓportiones alio ordine puta faciendo c primam ⁊ b ſecundam.

1.co. ¶ Ex p̄ñti ↄ̄ſtat ꝙ ſi denominatio alicuius proportionis ex denominationib⁹ aliquarũ proportionuʒ in ſe ductis producatur ille ꝓportiones omnes inter extrema illius ꝓportionis quocumq; ordine libeat reperientur ↄ̄tinuate. ¶ Continuando enim illas oẽs ex ſecũdo correlario p̄cedẽtis ↄ̄ſtab it tibi inter extrema illi⁹ ↄ̄tinuationis eſſe illã ꝓportionẽ cui⁹ denoĩatio ex denominationib⁹ illaꝝ ꝓducitur

2.co ¶ Patet vltra ꝙ ſi denominatio alicuius proportionis ex denominationib⁹ duarum aut plurium ꝓportionum in ſe ductis producatur ⁊ ille due aut plures ſint oẽs eiuſdem rõnis illa proportio ex illis adequate componetur. Hoc manifeſte ſequitur ex p̄ñti cum precedenti correlario ⁊ ex terminis.

36 ¶ Trium ↄ̄tinuo ꝓportionalium ex primo in vltimũ equuʒ fit ei qḋ ex medio in ſe ducto producitur: Et ſi ex primo in tertium equum fiat illi quod ex ſecundo in ſe ducto ꝓducitur erit proportio primi ad ſecundum que ſecundi ad tertium.

¶ Primũ patʒ ſint a b c tria ↄ̄tinuo proportionalia ↄ̄ſtat tunc ex ↄ̄uerſa ꝓportionalitate ꝙ ꝓportio c ad b eſt que b ad a. Sit ergo d productum ex b in ſe ⁊ ſit e denominans ꝓportionem b ad a quod ex p̄ñti erit denominãs proportionẽ c ad b. Dico ergo ꝙ ex a in c equũ fit ipſi d. Quia em̄ e denominat ꝓportionem c ad b ꝑ.33.hui⁹ ex e in b fit c cum igiẗ ex b in ſe fiat d ꝑ.32.huius ꝓportio d ad c erit que b ad e ⁊ quia e eſt etiam denominãs proportionẽ b ad a ꝑ.33.huius ex e in a fiet b quare ꝑ eãdem a erit denominãs proportionẽ b ad e quare ⁊ proportionẽ d ad c ergo ꝑ eãdeʒ ex a in c fiet d quod eſt primũ.

¶ Scḋm patʒ ſit ita ꝙ ex a primo in c tertiũ fiat d ſimiliter ⁊ ex b in ſe fiat d. Tunc dico ꝙ ꝓportio a ad b eſt que b ad c ſit em̄ e denominãs ꝓportionem c ad b tunc ꝑ.33.huius ex e in b fiet c cum igiẗ ex b in ſe fiat d ꝑ.32.huius ꝓportio d ad c erit que b ad e ⁊ quia ex a in c fit d ꝑ.33.huius a erit denominans proportionẽ d ad c ⁊ ꝑ ↄ̄ñs proportionẽ b ad e ergo ꝑ primũ correlarium.33.hui⁹ e erit denominans proportionẽ b ad a cum igiẗ ſit denoĩans ꝓportionem c ad b erit ꝓportio c ad b que b ad a ergo per conuerſam proportionalitatem a ad b erit que b ad c quod eſt ſecundum.

37 ¶ Si fuerint due proportiones equales ex cuiuſlibet illaruʒ añte in conſequens alterius tantum fit ſicut ex conſequente illius in antecedens alterius. Et ſi ex antecedente vnius in conſequẽs alterius tm̄ fiat ſicut ex ↄ̄ſequente eiuſdem in añs alterius ille proportiones ſunt equales.

¶ Hec eſt ſimilis.43.ſcḋi ⁊ intelligenda eſt ſaltẽ prima eius ꝑs ſi añs vni⁹ ꝑ ↄ̄ñs alterius et ↄ̄ñs ꝑ añs poſſit multiplicari. Prima igitur ꝑs ſic demonſtratur ſint proportiones a ad b ⁊ c ad d equales. Tunc dico ꝙ ex a in d tm̄ fit ſicut ex b in c. Sit em̄ e productũ ex b in c ⁊ ſit f denominãs ꝓportioneʒ b ad a quod ex p̄ñti denominabit proportionẽ d ad c qꝛ ꝑ ↄ̄uerſam ꝓportionalitatem ille erunt equales quia igiẗ f denominat proportionẽ d ad c ꝑ.33.huius ex f in c fit d cũ igitur ex b in c fiat e ꝑ.32.huius ꝓportio b ad f erit que e ad d ⁊ quia f etiã denominat ꝓportionem b ad a ꝑ.33.huius ex f in a fiet b quare ꝑ eandem a denominabit proportionẽ b ad f ⁊ ex ↄ̄ñti ꝓportionem e ad d ergo ꝑ eandem ex a in d fiet e tm̄ ſcʒ ſicut ex b in c quod eſt primum. ¶ Scḋm patʒ ſit ita ꝙ ex a in d fiat e ſimiliter ⁊ ex b in c. Tunc dico ꝙ ꝓportio a ad b eſt que c ad d. Sit em̄ f denominans ꝓportionem d ad c tunc ꝑ.33.huius ex f in c fit d cum igiẗ ex b in c fiat e ꝑ.32.huius ꝓportio e ad d eſt que b ad f ⁊ quia ex a in d fit e ꝑ.33.huius a erit denominãs ꝓportionem e ad d quare ⁊ proportionem b ad f ergo ꝑ primuʒ correlarium.33.huius f erit etiam denominans ꝓportionem b ad a cũ igitur denominet proportionem d ad c proportio b ad a erit que d ad c ergo ꝑ ↄ̄uerſã ꝓportionalitatẽ a ad b erit que c ad d quod eſt ſcḋm.

38 ¶ Si fuerint due proportiones inequales ex añte maioris in ↄ̄ñs minoris maius producitur q̄ ex cõſequente maioris in antecedens minoris. Et ſi ex antecedente alicuius proportionis in ↄ̄ñs alterius maius producatur q̄ ex conſequente illius in añs alterius illa proportio eſt altera maior.

¶ Hec etiam eſt ſimilis.45.ſcḋi ↄ̄munior tm̄ ⁊ procedit ſaltem prima ꝑs vbi añs vnius ꝑ ↄ̄ñs alterius ſimiliter ⁊ ↄ̄ñs per añs poſſunt multiplicari ſit igiẗ proportio a ad b maior q̄ ꝓportio c ad d. Tũc dico ꝙ ex a in d maius fit q̄ ex b in c. Et capiam e cui⁹ ad b ſit ea proportio que c ad d hoc poterit fieri ſaltem ad fractiones recurrẽdo erit tunc ꝓportio a ad b maior q̄ e ad b ergo ꝑ primum correlarium.5.ſcḋi a eſt maius e ⁊ ꝑ ↄ̄ñs ex a in d maius fit q̄ ex e in d cum igiẗ ex precedenti ex e in d equum fiet illi quod ex b in c ex a in d maius fiet q̄ ex b in c quod eſt primum. ¶ Scḋm patʒ ſit ita ꝙ ex a in d maius fiat q̄ ex b in c. Tunc dico ꝙ proportio a ad b maior eſt q̄ c ad d. Nã ſi a ad b eſſet que c ad d accideret oppoſitum p̄cedentis. Et ſi a ad b eſſet minor q̄ c ad d accideret oppoſitũ prime ꝑtis p̄ñtis nõ poterit ergo ꝓportio a ad b eſſe ea que c ad d nec ea minor ꝗ erit maior q̄ c ad d qḋ eſt ſecundum.

1.co. ¶ Ex p̄ñti ↄ̄ſtat ꝙ ſi fuerint due ꝓportiones inequales ex antecedente minoris in ↄ̄ñs maioris min⁹ fiet q̄ ex ↄ̄ñte minoris in añs maioris. Et ſi ex añte alicuius in ↄ̄ñs alterius minus fiat q̄ ex ↄ̄ñte illius in antecedens alterius erit illa proportio minor altera. ¶ Hoc ex preſenti cum adiutorio.12.huius manifeſte conſtat.

2.co ¶ Patet vltra ꝙ ſi primi ad ſcḋm fuerit maior ꝓportio q̄ ſecundi ad tertium ex primo in tertiũ maius fiet q̄ ex ſcḋo in ſe ducto. Et ſi ex ductu duoruʒ vnius in alterũ maius fiat q̄ ex tertio in ſe ducto cuiuſlibet illorum ad illud tertium erit maior proportio q̄ illius tertij ad reliquum eorundem.

39 ¶ Nulle due partes aliquote eiuſdem a numeris contra ſe primis denominate partem vnam aliquotam illius conſtituunt.

¶ Sint a ⁊ b due ꝑtes aliquote c quarum vna denominetur ſcḋm d ⁊ altera ſcḋm e ⁊ ſint d ⁊ e cõtra ſe primi ⁊ ſit f ↄ̄poſitus ex d ⁊ e. Tunc dico ꝙ ↄ̄poſitum ex a ⁊ b nõ eſt vna ꝑs aliquota ipſius c. Ducto em̄ d in e ⁊ fiat g qui ꝑ.5.correlarium.33.tertij eſt minimus queʒ numerant d ⁊ e ⁊ qꝛ ꝑ.11.tertij f eſt ↄ̄mus tam ad d q̄ ad e ꝑ.12.eiuſdeʒ g erit etiã primus ad f ⁊ qꝛ ꝑ.2.correlarium.6.huius in a ⁊ b ſũt

adequate ſimiles ⁊ equales ptes aliquote c denominate ſecundū g quot ſunt vnitates in ꝯpoſito ex d ⁊ e qui eſt f ꝯpoſitum ex a ⁊ b erit ꝯpoſitum ex ptibus aliquotis e denominatis ſcdm g ⁊ ſumptis ſecundū numerū f ergo p.4.correlarium prime hu9 ꝯpoſiti ex a ⁊ b ad e erit ea ꝓportio que f ad g ſed f non eſt pa aliquota g quia eſt primus ad g vt ꝓbatum eſt ergo ꝯpoſitum ex a ⁊ b p.55.ſuppoſitionē ſcdi nō eſt ps aliquota e quod eſt propoſitū. ¶ Hic tn̄ aduerte ꝙ alique ptes dicte a pluribus numeris ꝙ duobus qui ſūt adinuicem primi bene ꝯſtituunt vnā ptem aliquotam alicuius qꝛ vna quarta ⁊ vna quinta ⁊ vna viceſima eiuſdem ꝯſtituunt medietatem illius ſicut patet ꝯparando ad numerū.60. Ubi tamen eſſent plures ꝙ due denominate a numeris quorum quilibet ad quemlibet alium eorundem eſſet primus non conſtat exemplum nec oppoſiti illius demonſtratio.

40. ¶ Si quoteūqꝫ numeri ordinatim ꝯtinuo ꝓportionales ab vnitate inchoando ſumātur nulle ptes aliquote eiuſdem ab aliquibus eorum denominate vnam ptem aliquotam eiuſdem conſtituunt.

¶ Sint vnitas ⁊ a b c d numeri ordinatim ꝯtinuo proportionales ⁊ ſint e f g ptes aliquote h ab aliquibus illorum denominate. Tūc dico ꝙ ꝯpoſitum ex e f ⁊ g nō eſt vna ps aliquota h. Sint em̄ k l m numeri illorum ꝯtinuo ꝓportionalium a quibus denominātur quorum m ſit maximus tunc p.31.quarti m nūerabitur ab oībus illis tribus ⁊ nullus illorum nūerat m niſi ſecundū aliquem in illa ſerie diſpoſitorū numeret ergo k ipm̄ m ſecundum n aliquem illorū ⁊ l ſcdm o etiā aliquē illorum cū igitur m numeret ſeipſum p vnitatem erunt vnitas n ⁊ o tres numeri illorum ſcdm quos k l m numerāt m ergo p ſcdm correlarium.6.huius in cōpoſito ex e f g erunt adequate tot ſimiles ⁊ equales ptes aliquote ipſius h denominate ſcdm m quot ſūt vnitates in ꝯpoſito ex vnitate n ⁊ o ⁊ per ꝯñs ꝯpoſitum ex e f g erit adequate ꝯpoſitum ex aliquot ptibus equalibus ipſius h ſumptis ſcdm nūerum ꝯpoſitum ex vnitate n ⁊ o ⁊ denoīatis ſcdm m ergo p.4.correlarium prime huius ꝯpoſiti ex e f g ad h erit ea proportio que ꝯpoſiti ex vnitate n ⁊ o ad m ſed p.37.quarti ꝯpoſitum ex vnitate n ⁊ o nō nūerat m ergo compoſitum ex e f ⁊ g non numerat h ⁊ per ꝯñs non eſt pars aliquota h quod eſt propoſitū. De quotcumqꝫ pluribus aut paucioribus conſimiliter omnino conſtat propoſiti demonſtratio.

41 ¶ Cuiuſcumqꝫ adequate ꝯpoſiti ex duabus partibus aliquotis eiuſdem ad ptem aliquotam eiuſdez denominatā a numero ꝯpoſito ex numeris denominantib9 illas duas partes eſt ea proportio que quadrati compoſiti ex illis numeris ad numerum qui fit ex ductu vnius illorum in reliquum.

¶ Sint a ⁊ b due ptes aliquote c a denominata ſcdm d ⁊ b ſecundum e ⁊ f ſit ꝯpoſitus ex d ⁊ e g aūt pa aliquota c denominata ſcdm f ⁊ ſit h quadratum f ⁊ k productus ex d in e quod p.13.primi producitur etiā ex e in d. Dico ergo ꝙ ꝯpoſiti ex a ⁊ b ad g eſt ea ꝓportio que h ad k. Duco em̄ f in d ⁊ fiat l ⁊ in e ⁊ fiat m. ¶ Tunc ad clare oñdendum ꝓpoſitum dico primo ꝙ proportio k ad l eſt que g ad b qꝛ k fit ex e in d ⁊ l ex f in d ꝙ p.21.ſcdi k ad l eſt q̄ e ad f ſed p.5.h9 g ad b eſt q̄ e ad f ꝙ k ad l eſt q̄ g ad b ¶ Dico ſcdo ꝙ k ad m eſt q̄ g ad a qꝛ k fit ex d i e ⁊ m ex f i e ꝙ p.21.2.k ad m eſt q̄ d ad f ſed p.5.h9 d f eſt que g ad a ergo k ad m eſt que g ad a. ¶ Dico tertio ꝙ ꝯpoſit9 ex l ⁊ m eſt equalis h quia ex quo f adequate ꝯponitur ex d ⁊ e p.14.primi ex f in d ⁊ in e tm̄ fiet ſicut ex f in ſe ergo ꝯpoſitum ex l ⁊ m ē equale h tunc ſic proportio k ad l eſt que g ad b ex primo dicto ⁊ ex ſcdo k ad m que g ad a ergo p.39. ſcdi k ad ꝯpoſitum ex l ⁊ m qui ꝓbatus eſt h erit que g ad ꝯpoſitum ex a ⁊ b p ꝯuerſam igitur ꝓportionalitatem compoſiti ex a ⁊ b ad g eſt que h ad k quod eſt propoſitum.

42. ¶ Si ſecundam minorem duorum numerorum non numerantem maiorem eorundem ſumentur partes aliquote alicuius a maiori denominate ille ſunt vna pars non aliquota eiuſdem.

¶ Nam tunc minor illoꝝ non erit pars aliquota maioris ⁊ cū ſit ps illius erit ps non aliquota illius maioris cū igit̄ p correlarium prime huius illarū ptium ad illud cuius ſunt tales ptes ſit ea ꝓportio que illius numeri minoris ad illum maiorem per.55.ſuppoſitionem ſcdi adiuuante prima ſecundi ille erunt minus illo ⁊ non vna pars aliquota illius ⁊ per conſequens erunt vna pars non aliquota eiuſdem quod eſt propoſitum.

Co. ¶ Ex pñti ꝯſtat ꝙ ſi fuerint duo nūeri inequales adinuicez primi quorum quilibet ſit maior vnitate ⁊ ſecundum minorem illorum ſumātur partes aliquote alicuius a maiori denominante ex illis efficiet̄ vna pars non aliquota eiuſdem. ¶ Nā tunc minor non numerabit maiorem nam alias cum numeret ſe eſſet illi commenſurabilis. Hoc igitur habito ex preſenti conſtat propoſitum.

¶ Noni Elementorum Arithmetices Gaſparis Lax finis.

¶ Decimi Elementorum Arithmetices Gaſparis Lax.

¶ Diffinitiones.

PRoportionum quedam rationalis ⁊ quedam irrationalis.

1 ¶ Proportio irratiōalis eſt duoꝝ incōmēſurabiliū vni9 ad alteꝝ habitudo.

2 ¶ Proportio autem rationalis eſt duorum commenſurabilium vnius ad alterum habitudo.

¶ Proportionum rationalium quedam equalitatis quedā maioris inequalitatis ⁊ quedam minoris inequalitatis. Et haruz proportio equalitatis diffinita eſt in ſecundo.

3 ¶ Proportio rationalis maioris inequalitatis eſt duorum cōmenſurabiliū inequalium maioris ad minus habitudo.

4 ¶ Proportio autem rationalis minoris inequalitatis eſt duorum commen-

ſurabilium inequalium minoris ad maius habitudo.
¶ Proportionis maioris inequalitatis rationalis quinqȝ ſūt ſpecies ſcȝ. Proportio multiplex. Proportio ſuperparticularis. Proportio ſuperpartiens. Proportio multiplex ſupparticularis ⁊ ꝓportio multiplex ſuppartiens. Et hax tres prime ſpecies vocanẜ ſimplices ⁊ vltime due vocāẜ ꝯpoſite
¶ Proportio multiplex eſt duorū inequaliū quorū maius pluries adequate continet minus maioris
5 ad min⁹ habitudo. Et ſi mai⁹ preciſe bis ꝯtinet min⁹ ꝓportio illa dupla vocabitur. Et ſi preciſe ter tripla. Et ita deinceps.
6 ¶ Proportio ſupparticularis eſt duorum inequalium quorū maius ipſm min⁹ preciſe ſemel ⁊ aliquā partem aliquotam ei⁹ vltra adequate ꝯtinet maioris ad minus habitudo. Et ſi ille pars aliquota fuerit medietas minoris ꝓportio illa ſeſquialtera vocabitur. Et ſi tertia pars ſeſquitertia ⁊ ſi quarta ꝑs ſeſquiquarta ⁊ ita deinceps.
¶ Proportio ſuppartiens eſt duorū inequaliū quorū maius ipſū minus cōtinet preciſe ſemel ⁊ aliq̄t
7 partes aliquotas eius vltra ex quib⁹ non reſultat vna ꝑs aliquota illius minoris maioris ad min⁹ habitudo. Et ſi tales partes aliquote fuerint due ꝓportio illa ſupbipartiens vocabitur. Et ſi tres ſuptripartiens. Et ita deinceps.
¶ Proportio multiplex ſuperparticularis eſt duorum inequalium quorum maius ipſum minus plu-
8 ries ⁊ aliquam partem aliquotam eius vltra adequa continet maioris ad minus habitudo.
¶ Proportio multiplex ſuppartiens eſt duorū inequaliū quorū mai⁹ ipſm min⁹ pluries ⁊ aliquot ei⁹
9 ptes aliquotas ex quib⁹ fit vna ꝑs nō aliquota illi⁹ minoris adequate ꝯtinet maioris ad min⁹ hitudo
¶ Proportionis minoris inequalitatis quinqȝ ſunt etiā ſpecies q̄ per additionem iſti⁹ dictionis ſub ordinatum ad ſpecies ꝓportionis maioris inequalitatis rationalis ſumūtur. Similiter ⁊ illax ſpecierum ſpecies ⁊ ipſarū diffinitiones eodem modo ſicut diffinitiones ſpecierum ꝓportiones maioris inequalitatis rationalis ſumende ſūt hac ſola variatione facta ꝙ vbi in illis ponitur maioris ad minus habitudo loco illius ſumatur in his minoris ad maius habitudo.
¶ Expoſitiones iſtarū diffinitionū ſufficienter tacte ſunt in tractatu de ꝓportionib⁹ ibi tn̄ ꝓ demonſtrationib⁹ concluſionū ponendarū ſupponenda ſūt ea q̄ denominationib⁹ propoſitionū in expoſitionib⁹ diffinitionū ſcdi cpl̄i dicta ſūt ſcd̄m imaginationē Euclidis ⁊ Jordani ⁊ etiam ſupponenda ſunt ea q̄ particulariter de denominationib⁹ iſtarū quinqȝ ſpeciex dicta ſūt puta qualiter vna queqȝ earum particulariter denomineẜ dicta ſunt in expoſitionib⁹ iſtarū diffinitionum in tractatu propoſitionū illa eñ omnia fūdamentaliter pro demonſtrationibus ponendis ſunt tenenda.

¶ Decimi libri propoſitiones.

1 **Proportionē aliquam rationalem in rationalem et irrationalem adequate diuidi eſt impoſſibile.**
¶ Quia dato oppoſito ſit a ad b proportio rationalis que taliter poſſit diuidi tūc per vltimam diffinitionem quinti inter a ⁊ b poterit vnus termin⁹ medius aſſignari ⁊ a ad illum erit vna illarū proportionū ⁊ illius ad b reliqua ſit ergo ille c tūc ex terminis vn⁹ illorū terminorum a b erit commenſurabilis c ⁊ alius incommenſurabilis quare per primum correlarium .11.8. a ⁊ b eſſēt incommenſurabiles quod repugnat ypotheſi.
1.co. ¶ Ex pn̄ti ꝯſtat ꝙ nulla rationalis ex rationali ⁊ irrationali adequate cōponiẜ ⁊ ex ꝯñti ꝙ nulle due ꝓportiones quax vna eſt rationalis ⁊ altera irrationalis poſſūt inter extrema alicui⁹ ꝓportionis rationalis adequate ꝯtinuari proprie vel improprie. ¶ Quia dato oppoſito eſſent duo termini commēſurabiles quorum vnus eſſet commenſurabilis alicui cui reliquus eſt incommenſurabilis quod repugnat primo correlario .11.8.
2.co ¶ Patet vltra ꝙ ſi aliqua pars alicui⁹ proportionis rationalis maioris inequalitatis fuerit rōnalis maioris inequalitatis reſidua ꝑs erit etiā rationalis maioris inequalitatis. Et ſi aliqua pars alicui⁹ rationalis minoris inequalitatis fuerit rationalis minoris inequalitatis reſidua ꝑs erit ratiōalis minoris inequalitatis. ¶ Hec manifeſte ſequuntur ex preſenti ſuppoſito ꝙ quelibet pars alicuius proportionis debet eſſe euſdem rationis cum illa.
Omnis proportio ex aliquibus rationalibus adequate compoſita eſt rationalis.
2 ¶ Quia quacūqȝ tali data capianẜ termini partiū ei⁹ per ordinem tūc ex terminis prim⁹ ⁊ ſcd̄s erūt ¶ Quia quacūqȝ tali data capianẜ termini partiū ei⁹ per ordinem tūc ex terminis prim⁹ ⁊ ſcd̄s erūt cōmenſurabiles ſimiliter ⁊ ſcd̄s ⁊ terti⁹ ergo per .11.8. primus ⁊ terti⁹ erūt cōmenſurabiles. Et con ſimiliter ꝯſtat ꝙ primus ⁊ quart⁹ erūt commēſurabiles Et ita vſqȝ ad primū ⁊ vltimū cū igitur primus ⁊ vltimus illorum terminorum ſint extrema ꝓportionis compoſite ex illis ſequitur ꝙ illa extrema erūt commēſurabilia ergo ex terminis proportio illa eſt rationalis quod eſt propoſitum.
1.co. ¶ Ex preſenti conſtat ꝙ ſi quotcumqȝ proportiones rationales inter extrema alicuius proportionis adequate continuentur proprie vel improprie illa erit rationalis. ¶ Hoc eodem modo demonſtratur ſicut preſens capiendo terminos illarum per ordinem.
¶ Patet vltra ꝙ nulla proportio rōnalis adequate componiẜ ex aliquot ꝓportionib⁹ rationalibus
2.co cū vna irrationali. ¶ Q2 dato oppoſito ille rationales ꝯtinuate cum illa irrationali ꝯſtituerent vnam rationalem quod eſt impoſſibile q2 ſi illa ſit prima vel vltima in tali cōtinuatione cum ex pn̄ti alie oēs ꝯſtituant rationalem aliqua rationalis adequate ꝯponeretur ex duabus proportionib⁹ quarū vna eſſet rationalis ⁊ altera irrationalis quod repugnat primo correlario prime hui⁹. Et ſi illa irrationalis ſit media cū ex pn̄ti adiunāte ypotheſi tota ꝑcedens ipſam ſit rationalis ſimiliter ⁊ tota ſequēs ipſam daretur tūc aliqua ꝓportio rōnalis adequate ꝯpoſita ex trib⁹ ꝓportionib⁹ quarum prima eſſet rationalis

ſc̄da irrationalis ⁊ tertia rationalis ⁊ per ꝯñs poſſent dari quattuor termini quorum primi ad ſc̄m eſſet ꝓportio rōnalis ⁊ ſc̄di ad tertium irrationalis tertij aūt ad quartū rationalis ⁊ primi ad quartū rationalis quod eſt impoſſibile. Nã tunc primus eſſet ꝯmenſurabilis ſc̄do ⁊ tertius incōmenſurabilis ſc̄do ergo ꝑ primū correlariū .11.8. primus ⁊ terti⁹ eſſent incōmēſurabiles ⁊ cū terti⁹ eſſet ꝯmēſurabilis quarto ex eodē correlario primus ⁊ quart⁹ eſſent incōmēſurabiles qḋ repugnat ypotheſi.

3.co. ¶ Patet vltra ꝙ impoſſibile eſt aliquot ꝓportiones rationales cum vna proportione irrationali adequate int̃ extrema alicuius rationalis proprie vel improprie continuari. ¶ Hoc conſimiliter demonſtrari poteſt ſicut precedens correlarium.

4.co ¶ Patet vltra ꝙ ſi aliqua rationalis ſit ꝑs aliquota alicui⁹ ꝓportionis illa cuius eſt talis ꝑs aliquota erit rationalis ¶ Quia tūc illa adequate ꝯponetur ex pluribus rationalib⁹ equalib⁹ illi que eſt ꝑs aliquota illius quo habito ex p̄nti ꝯſtat ꝓpoſitum. ¶ Hic aduerte ꝙ proportio irrationalis bene poteſt adequate ꝯponi ex duab⁹ quarū ē vna rōalis ⁊ altera irratiōalis ⁊ in tales adequate diuidi ſicut ꝑ3 de ꝓportione diametri ad medietatem coſte. Et ex ꝯñti poterit etiā aliqua irrationalis adequate ꝯponi ex plurib⁹ quarū vna erit irratiōalis ⁊ alie oēs rōnales ⁊ pari forma ex plurib⁹ quarum vna erit rōnalis ⁊ alie oēs irrationales nec oportet ſi ꝑs aliquota alicui⁹ ſit irrationalis ꝙ illa ſit irrationalis

3 ¶ Omnis proportio maioris inequalitatis rationalis eſt multiplex aut ſuꝑparticularis aut ſuꝑpartiens aut multiplex ſuꝑparticularis aut multiplex ſuꝑpartiens. Et omnis multiplex aut ſuꝑparticularis aut ſuperpartiens aut multiplex ſuperparticularis aut multiplex ſuperpartiens eſt proportio maioris inequalitatis rationalis.

¶ Hec oñdit ſufficientiā diuiſionis ꝓportionis maioris inequalitatis in illas quinqꝫ ſpecies cui⁹ ꝑma ꝑs ſic demonſtratur. Nã ſit a quecūqꝫ talis cuius b ſit maior terminus ⁊ c minor tūc ex terminis b ⁊ c ſūt ꝯmenſurabilia ergo ꝑ .7. octaui ꝓportio b ad c eſt que numeri ad numerū ſit ergo d numeri ad e numerū que b ad c tūc ex prima ſc̄di d erit maior e vel igit̃ d pluries continet e vel nō ſi ſc̄dꝫ cum cōtineat ipſum ⁊ aliquid vltra illud qḋ vltra continebit erit minus e ergo ꝑ primā primi erit ꝑs aliquota e vel ꝑtes aliquote e ⁊ ſi ꝑs aliquota ex terminis proportio d ad e eſt ſuꝑparticularis. Et ſi non ſit ꝑs aliquota ſed ꝑtes aliquote ex quib⁹ ſit vna nō aliquota ipſius e ex terminis ꝓportio d ad e erit ſuꝑpartiens ſi aūt d pluries ꝯtineat e vel ḡ pluries adeq̄te vl̃ in adeq̄te ſi adeq̄te ex terminis ꝓportio d ad e erit multiplex ſi aūt pluries in adeq̄te ſequit̃ ꝙ ꝯtinebit pluries e ⁊ aliq̄d vltra min⁹ e qḋ ꝑ ꝑmā primi erit ꝑs aliquota aut ꝑtes aliquote e. Et ſi ꝑs aliquota ex terminis proportio d ad e erit multiplex ſuꝑparticularis. ¶ Si aūt non ſit ꝑs aliquota erit tunc ꝑtes aliquote e ex quib⁹ ſiet vna non aliquota e ergo ex terminis proportio d ad e erit multiplex ſuꝑpartiens cū igitur d non alio modo ꝙ̄ aliquo iſtorum ſe poſſit habere in ordine ad e ꝯſtat ꝙ ꝓportio d ad e que eſt ea que b ad c ⁊ ex ꝯñti a proportio eſt multiplex aut ſuꝑparticularis aut ſuꝑpartiens aut multiplex ſuꝑparticularis aut multiplex ſuꝑpartiens quod eſt primū. ¶ Sc̄dm ꝑ3 ſit a ad b quecumqꝫ talis ꝓportio tunc ſi illa ſit multiplex b numerabit a ꝑ ꝯñs a ⁊ b erūt ꝯmenſurabilia cum igitur ex terminis a debeat eſſe maius b erit ex terminis ꝓportio a ad b maioris inequalitatis rationalis. Si autē proportio a ad b ſit ſuꝑparticularis aut ſuꝑpartiens ex terminis a preciſe ſemel ꝯtinebit b ⁊ aliquid vltra quod erit ꝑs aliquota aut ꝑtes aliquote b ſit ergo illud c tūc ꝑ .9.8. c erit ꝯmenſurabilis b ergo ꝑ .13. eiuſdem a ꝯpoſitus ex b ⁊ c erit ꝯmenſurabile b ergo ex terminis ꝓportio a ad b eſt maioris inequalitatis rationalis. Si aūt proportio a ad b ſit multiplex ſuꝑparticularis aut multiplex ſuꝑpartiens ex terminis a pluries continebit b ⁊ aliquid vltra qḋ erit ꝑs aliquota aut ꝑtes aliquote b ex quibus ſit vna ꝑs non aliquota b ſit ergo illud c ⁊ tota reſidua ꝑs a ſit d eōſtat tunc b pluries adequate eſſe in d ⁊ ꝑ ꝯñs numerabit d ⁊ per ꝯñs erit ꝯmenſurabile d cū igitur ꝑ .9.8. c ſit ꝯmenſurabile b ꝑ .11. eiuſdem c erit commenſurabile d ergo per .13. eiuſdem a erit commenſurabile c ergo per .11. eiuſdem a maius ꝯmenſurabile eſt b minori ipſo ergo ex terminis proportio a ad b eſt maioris inequalitatis rationalis vnde conſtat ſecundum.

1.co. ¶ Ex preſenti conſtat ſufficientia diuiſionis proportionis minoris inequalitatis in ſuas quinqꝫ ſpecies. Conſimiliter enim poteſt demonſtrari.

2.co ¶ Patet vltra ex preſenti ⁊ ex terminis cum adiutorio .7.8. ꝙ quelibet ꝓportio rationalis tā maioris inequalitatis ꝙ̄ minoris in numeris reperitur. Et propterea in ſequentibus qñ fiet mētio de hꝫ proportionibus in numeris procedetur continuo de ipſis.

3.co ¶ Patet vltra ꝙ quelibet rationalis maioris inequalitatis minor dupla eſt ſuꝑparticularis aut ſuperpartiens. ¶ Nã quelibet talis erit minor quacumqꝫ multiplici ſimiliter ⁊ quacumqꝫ multiplici ſuperparticulari aut ſuꝑpartiente quare illa non erit multiplex aut multiplex ſuꝑparticularis aut multiplex ſuꝑpartiens a ſufficienti igit̃ diuiſiōe illa erit ſuꝑparticularis aut ſuꝑpartiens.

4 ¶ Si ordinatim diſponātur numeri continuo ab vnitate ſicut in ſerie occurrūt ⁊ quilibꝫ poſt binariū ad proximū ſibi deſcendēdo ꝯparetur ꝓuenient omnes ꝓportionis ſuꝑparticularis ſpecies tāto minores ꝙ̄to nūeri q̄ ꝯparātur ad ꝓximos ſūt ab vnitate remotiores. Si vero q̄libꝫ ad vnitatē ꝯparet̃ ſient oēs multiplicis ſp̄es tāto minores ꝙ̄to nūeri q̄ ꝯpant̃ ad vnitatē ſunt ipſi propinquiores.

¶ Hec oſtendit ꝓcreationem ſpecierum proportiōis multiplicis ſimilit̃ ⁊ ꝓportionis ſuꝑparticularis Diſponantur igitur vnitas ⁊ a b c d e f g h k ⁊ ita deinceps ordinatim ꝯtinuo ſicut in ſerie occurrunt. ¶ Tunc dico primo ꝙ ſi quilibꝫ poſt a ꝯparet̃ ad ꝓximum ſibi deſcendēdo omnes ꝓportiones inde ꝓuenientes erunt ſuꝑparticulares ⁊ non erit aliqua ſuꝑparticularis cuꝫ inter illas reꝑiatur. ¶ Nã quilibet ſequens a preciſe ſemel ꝯtinet proximū ſibi deſcendēdo ⁊ vnitatem vltra q̄ eſt ꝑs aliquota illius ꝓximi ergo cuiuſlibet talis ad ꝓximum ſibi deſcendēdo erit ꝓportio ſuꝑparticularis ⁊ qꝫ quelibet ſuꝑparticularis denominat̃ ab vnitate cum ꝑte aliquota ⁊ quelibꝫ ꝑs aliquota ab aliquo illorum

numeroꝝ poſt vnitatē denoiaꝛ q̄cūq; ſupparticulari data illa ꝓueniet ex ꝯparatione nūeri ꝓximi ſe quētis illi a quo illa ps aliq̄ta ꝑtialiꝛ denoians illā ſupparticularē denoiaꝛ ad illū nūeꝝ q2 ille ꝓxim⁹ ſequēs ꝯtinet illū ꝑ ſe ſemel ⁊ vnitatē vltra q̄ eſt ps aliq̄ta illi⁹ ab illo denoiata ⁊ ꝑ ꝯñs q̄libꝫ ſupparticularis inꝛ tales reperieꝛ. ❡ Dico ſcḋo ꝙ q̄to nūer⁹ ad ꝓximū deſcēdendo relat⁹ eſt remotior ab vnitate tāto ꝓportio ſupparticularis iñ ꝓueniēs minor eſt. Q2 q̄to talis eſt remotior ab vnitate tā to ꝓxim⁹ ipſi deſcēdēdo erit remotior ⁊ ex ꝯñti tāto maior ⁊ ꝑ ꝯñs ꝑ.34. dignitatē tāto ps aliq̄ta ab ipſo denoiata ab ipſo erit minor cū igꝛ cuiuſcūq; ꝓportiōis nūeri ſequētis a ad ꝓximū ſibi deſcēdēdo denoiatio ſit vnitas cū ꝑte aliq̄ta ab illo ꝓxio ſibi deſcēdēdo denoiata q2 ille ꝯtinet illū ꝓximū ꝑ ſe ſemel ⁊ vnitatē vltra q̄ eſt ps aliq̄ta illi⁹ ꝓximi deſcēdēdo ab illo denoiata ſeqꝛ ꝙ q̄to ille q̄ ꝯpaꝛ ad ꝓximū ſibi deſcēdēdo eſt remotior ab vnitate tāto denoiatio ꝓportionis inde ꝓueniētis erit minor ⁊ ex ꝯñti ꝓportio illa minor. ❡ Dico tertio ꝙ ſi q̄libꝫ poſt vnitatē ipſi vnitati ꝯpareꝛ ꝓueniēt oēs ſpēs ꝓportiōis multiplicis. Q2 q̄lꝫ ꝓportio multiplex ab aliq̄ illoꝝ denoiaꝛ cū igꝛ cuiuſcūq; illoꝝ ad vnitatē ſit ꝓportio multiplex ab illo denoiata ſeqꝛ ꝙ ex talib⁹ ꝯparationib⁹ oēs mltiplices ꝓueniēt. ❡ Dico q̄rto ꝙ quāto nūer⁹ illoꝝ ꝯparat⁹ vnitati eſt ꝓpinquior vnitati tāto ꝓportio multiplex inde ꝓueniēs eſt minor q2 quāto ille eſt ꝓpinquior vnitati tāto ille eſt minor cū igꝛ denoiatio ꝓportiōis ipi⁹ ad vnitatē ſit ipſemet ſequr ꝙ q̄to ille eſt propinquior vnitati tāto denoiatio proportionis ipi⁹ ad vnitatem erit minor. Et ex ꝯñti tanto illa proportio erit minor ptꝫ igitur totum propoſitum.

